




49

49

9



Decretum Reformationis pro Insigni
Ecclesia Collegiata et Parochiali San-
domiriensi.

Cajetanus Ignatius Soltyk Dei et
Apostolicae Sedis Gratia Episcopus
Cracoviensis Dux Severia.

Ab eo statim tempore, quo Supremo Pastori Jesu Christo-
Salvatori Nostro placuit, onus Angelicus humeris formidandum
pascendarum in hac Diocesi amplissima animarum, imbecillitati No-
strae committere, cognovimus partium Nostrarum esse, quotidianas
Conatus in id impendere, ut Ecclesia, earumq; dotes in statu opti-
mo conserventur, Adjuutores Nostri et Cooperatores, gens electa, rega-
le Sacerdotium, intra virtutis et honestatis Canonica Cancellas sese
contineant, deniq; ut Oves Nostrae noscant Nos, vocem Nostram au-
diant, et hanc sequantur. Inter alia vero, qua providentissima Ma-
ter Ecclesia ad hunc scopum assequendum praescripsit et sanxit me-
dia, cum nullum praestantius salubriusq; sit, quam per sexcentas
S. Patrum Laudes tantopere commendata, per innumeras Con-
ciliorum Definitiones inculcata. Ecclesiarum Visitatio; siquidem
huic conservationem virtutis adscribit Propheta = Visitatio
Tua custodivit Spiritum meum = hanc specialiter demandat
Pastoribus Scriptura = agnosce vultum pecoris tui, tuosq; greges
considera = ideo ad hanc, velut principale Cura Pastoralis ne-
gotium, primis statim regiminis Nostri in hac Diocesi exordiis,
inquantum Nobis publica, quae Regi et Reipublicae pro Jurisjuran-

di Senatorij vinculo, prestare debuimus obsequia, permittebant, accin-
ti sumus, expeditaq; Dei auxilio Collegiata Lublinensis Visitati-
one, preprimis ibi instituta, ex quo illo in Palatinatu nati, congruum
judicavimus, primitias laboris Nostri Natali solo reddere, nunc
ad Urbem hanc, preter id motivum, quod Insigni Collegiata, que
post Cathedralen veluti primum lumen inter Ecclesias Diocesis
Nostre praelucet, emineat, inde quoq; post natale solum pre cete-
ris Nobis magis caram, quod in ea institutionem adolescentie No-
stra habere cepimus, ad peragendam Visitationem descendimus. —
Quam viginti dierum spatio a 20^{ma} videlicet Januarij inclusive,
ad 9^{nam} Februarij, cum omni exactitudine et studio possibili, cum
auxilio multorum Prelatorum Nostrorum Nobis Assistentium, et
Officialium Curie Nostre prosequendo, que laudibus digna,
aut correctione indigentia observavimus, ea in presenti Decreto
Reformationis patere volumus, priora congruis encomijs cumulan-
do, posterioribus opportunam medelam prescribendo, ac imprimis
Deum, a Quo omne optimum provenit, dilatato corde benedicimus,
quod insigne Collegiata hujus Capitulum, hujusmodi Viris refer-
tum reddit, qui decoris Sponse sue amantes, eandem absq; ma-
cula et ruga complam et ornatam manutenere erituntur, qui ve-
summo Conatu anterioris Visitationis sancita modis ferme accu-
rationibus, ultra prescriptum tenorem, ad effectum deducere studue-
runt. Cum ingenti enim cordis Lateris iubilo, vidimus Altare ma-
jus elegantis Structure surrexisse, candelabra sex argentea pre-
grandia cum Cruce conflata et comparata, tabulatas Iconum
S^s Martyrum inauratas, Campanile sumptuoso opere consum-
matum, Domum Vicariam in ordine ad cohabitationem et
Mensam Communem Vicariorum, magnis impensis, structura exi-
mia et fere magnifica, fabricatam, veteraq; in Decreto Celsissimi Fa-


Luski.



Iuski immediati Prædecessoris Nostri ordinata et disposita, executioni debita demandata esse, edocti insuper sumus, tam in Communi cum insigni Capitulo conferendo, quam secreta, consueta vero Visitatio- nibus, scrutinia expediendo, eosdem Illustres Capitulares maximò zelo ad decorem huiusce Collegiata, tam quod respicit rationem Offi- ciorum Divinorum, Cleri numerosi gloriam et existimationem, quò etiam, quod Statum ejus materiale attinet, augendum et promo- vendum præditos ac animatos esse, in quo quemadmodum dignos se exhibent, conspicuo illo gradu, quem post Cathedra Nostra Capi- tulum veluti prima et Insignis Collegiatae Capitulares in hac Diœcesi obtinent, ita nulla futura sunt circumstantie, in quibus non cumulatissimos ipsi favores præstare exoptemus, prædara eorù merita congruis præmijs coronando. Paterno eosdem in præsentia- rum confirmantes eloquio, ut glorioso virtutis tramite, quem lauda- biliter decurrunt, pergere incesanter evitantur, insignem Capituli ti- tulum, illustriorem semper reddant, Basilicam hanc, Majestate, deco- re, et famâ redundantem, in eo flore conservent, quem Nos Dei beneficio reperimus. Quia vero sæpe contingit, ut in bono quoq; rerum Statu, aliqua salutariter addantur, ordinentur, corrigantur, et reformentur, ideo quæ Dño inspirante in præsentì Visitatione pro eadem Collegiata, Insigni Capitulo, ac Clero ipsius inferio- ri statuenda ac disponenda observavimus, seorsim Decreti hu- jus Capitibus proponenda et enucleanda censuimus.

De Ecclesia ipsa.

In Basilicis majoribus, quales sunt Cathedrales, et post istas primæ, communi usu praticari cernitur, quod Ssmum Eucha- ristie Sacramentum super aliquo collateralis Altari, non vero super majori asservatur, ex eo potissimum, ne Divina Officia an- te prinupale Altare peragi solita, per accedentes ad Sacram

Signatum


Synaxim sumendam, prepediantur. Et huiusmodi motivo consentaneum
judicamus, ut Tabernaculum ex majori Altari ad Capellam RR.
Mansionariorum transferatur, in eaq; Capella, que ad hunc finem
maxime apta videtur, Sma Eucharistia conservetur, non prius
tamen istiusmodi Tabernaculi, et Smi translationem fieri dispo-
nimus, nisi dum et quando aliquis, sive ex Illustribus Capitulari-
bus, sive ex extraneis Benefactor Divino afflatu permotus Capel-
lam predictam convenienter reparaverit, ac ita adornaverit, prout
tanti Mystery, exposcit Majestas. Quo casu, Altaria Collateralia
in eadem Capella extantia inde amoveantur, et si intra Ecclesiam
opportunum locum habere nequiverint, aut intra eam locanda, dis-
proportionem causare pravis fuerint, penitus ea aboleri permitting,
ut duntaxat in Capella unum cum tabernaculo Altare consistat, ad
quod ministeria quevis amovendorum Altarium Collateralium absol-
vantur. Juste equidem anterioris Visitationis Decreto pre-
scriptum est, ut gradus nonnullorum Altarium marmorei, Men-
sae eorundem Altarium muratis breviores, amoverentur, cum brevi-
tatis hujus causa, facile casus Presbyteri celebrantis contingere
possit, sed cum ipse gradus postquam tollerentur, ad nullum
valerent usum, alios vero de marmore Pandomiriam non tam faci-
le est conducere, ideo incommodo et periculo ex ijs pullulanti hac
ratione obviandum arbitramur, ut videlicet supremi gradus Men-
sae Altaris non correspondentis brevitatis, compleatur ligno ad nor-
mam marmoris colorato, quo remedio ad effectum deducto, et dispro-
portio, et dabile periculum casus penitus evanescet. Pulchritudo Ec-
clesiae vix non omnibus numeris absoluta postulat omnino, ut Or-
ganum depingatur, quod zelo Insignis Capituli commendamus, si-
militer quando tabulate circa Martyrologium seu Icones SS.
Martyrum extantes jam deaurata, adaugent decorem Templi
hujus, fas est, ut reliqua tabulate circa Icones superius affixas

adornentur



adornentur, dum et quando hæc præstandi opportuna Insigni Capitulo se offeret occasio. Extra omnem controversiam est, inter omnes curas, quæ conservationi Majestuosæ hujus Templi impendi possunt, hanc præcipuam esse debere, ut Mons in quo consistit, à vi et impetu Vistulæ securus et illasus reddatur, eo enim sensim subruto, quod cum notabili ejus parte jam factum est, sequeretur damnum sæculis non facile deplorandum: quod Misericors Deus avertat;) videlicet infallibilis Collegiata eversio. Quocirca reassumendo sanatum Celsissimi Faluski, non mandato duntaxat obstringimus, sed per viscera Misericordie Christi obtestamur Insigne Capitulum, quatenus ad repellendum tantum malum oculos et mentes intendant, pondus aquarum et impetum attentissime considerent, et si per eas Montem præfatum graviter concuti observaverint, mature cum Illustri Capitaneo et Magistratu Loci agant, ut unitis viribus tam horrendo periculo, nedum Ecclesiam, sed Urbem quoque facile consumpturo occurratur, ad Nos etiam, sive ad Celsissimos Suedanos Nostros in casu approximantis mali indilate recurrant, ut omnia tentari possint media ad illud avertendum. Interea vero siquidem docente Scriptura, quod nisi Dominus custodierit Civitatem frustra vigilant, qui custodiunt eam, habenda in Domino fiducia, quod memor erit incruentorum Sacrificiorum, quæ ipsi in tanta copia ex immaculato agno super Altaribus Templi hujus quotidie offeruntur, memor erit Laudum Nominis sui, quæ per servos ejus decantantur, memor erit numerosissimarum reliquiarum ex corporibus SS^m Martyrum, qui pro Ejus confessione sanguinem fuderunt, terram istam sanctificantibus, et non dabit eas in corruptionem, præfigetque terminum aquis, ubi confringere debeant intumescentes fluctus suos, ad quem Bonitatis Ejus infinite effectum implorandum, meminerint Illustres Capitulares et Communitas


reliquarum

reliquarum Presbyteri, Sacra faciendo, ardentibus ad hanc intentionem, Divinam Majestatem placare suspirijs. Cum etiam per rapidum defluxum aquarum ex locis elevationibus ab Urbe decurrentium, ruina in fundamentis Templi in parte Occidentali seu ipsa facie, facile subsequi posset, si Canales pro hujusmodi decursu facti, aut desolati essent, aut altitudine aque inferiores, idcirco in id quoque sedulam Insigne Capitulum impendat operam, ut isti Canales in bono semper statu, ac ita elevati seu profundi habeantur, ne aquam eos excedere, taliterque muros Templi lambere contingat. Amplius quod Statum Materialem Ecclesie respicit, prescribimus nihil, confisi optime, prastanti Insignis Capituli in suam Sponsam amori, quod eam velut Viro suo ornatam fovere et servare contendent

De Divinis Officijs.

In materia Divinorum Officiorum primum locum obtinet Sacramentorum administratio, cui Insigne Capitulum ex capite cure animarum directiva sibi incumbens sedulo attendere debet, ut rite sandeque peragatur, ac si aliqui defectus sive contra Rituale universale, sive contra usum communem irrepant, eosdem quantocyus suffocare et eliminare, proinde habeatur in eo debita attendentia, ne fons Baptismalis in hieme congelatus, extra Ecclesiam ad effectum liquefactionis, cum haec commodè in Sacratio prestari possit, eferatur, ne clavis Tabernaculi post finita temporis antemeridiani Officia, relinquatur, tanto magis ne per tempus pomeridianum, aut per noctem, unquam in Ciborio prostet. Contingebat identidem, quod Illustres Capitulares residentes, Sacramenta Baptismi, ac quandoque etiam Matrimonij in Ecclesijs extraneis absque scitu et ad

detrimento



detrimento R.R. Vicariorum administrabant, unde importune dis-
sensiones exoriebantur, quibus in futurum obviando, declaramus Il-
lustres Capitulares non debere administrationi Sacramentorum pre-
sertim vero Baptismi et Matrimonij, sive in ipsa Collegiata, sive
tanto magis in Ecclesijs extraneis se ingerere, nisi facto verbo cum
Rendo Hebdomadario, et previa satisfactione Juribus Stole Vica-
rios concernentibus, potissimum vero a benedicendis Matrimonijs
absq; assensu, ac quod melius foret, etiam assistentia Rendi Hebdo-
marij Illustris Capitulares abstineant. Missa privata per
R.R. Vicarios, ac reliquarum Communitatum Presbyteros ut
ordinate absolvantur, videlicet, ne vel simul omnes ad Altaria con-
volent, vel simul omnes Missas cum incommodo Fidelium retar-
dent, diebus precipue Festivis, Missa vero ultimaria ne diebus
Feriatis citius, quam media duodecima, Festivis vero et Domini-
cis tribus quadrantibus pro duodecima incipiat, ut hac ratione
itinerantibus, ac maturius Ecclesiam adire ob justam causam
non valentibus, provideatur, attendere, partium suarum esse sciat
Insigne Capitulum.

Unaquaq; devotio, que in aliqua Ecclesia observatur, aut cum
communi usu congruere, aut si particularis est, fundamentum
habere debet, ideo quoniam cognovimus, quod in presenti Colle-
giata prima Feria 6^{ta} Mensis Martij cum expositione S^mi
devotio institui soleat, illius tamen uti re ipsa particularis nul-
la justificatur origo, aut Indulgentia eidem diei concessa, proin-
de ab illa abstinendum in futurum esse censemus. Proposita
vero Nobis occasione infrascriptorum dubia declaratione perpe-
tuo valitura resolventes, pronuntiamus; quod in Adventu in Fe-
sto Conceptionis B^gma et per Octavam, ante auroram non
de Festo, sed Missa Rorate cani debeat, postulat id peculiaris

et tam


et tam Solennis in Regno Nostro Missa hujus usus, ac devotionis
in Adventu ante auroram institui solita praxis, quae quemadmo-
dum specialis est Ecclesiae Polonae, non potest subijci Rubricis Ge-
neralibus, particulares Regnorum Casus minime comprehendentibus.
Missa Votiva Communitatum Fundationales, prout ex antiquo
usu habetur, decantentur etiam in Festis duplicibus Majoribus,
quod Resolutionibus quoque S^{ae} Rituum Congregationis conso-
num est, quam regulam etiam ad Anniversaria extendi volu-
mus, ut videlicet ista in Festis quoque duplicibus Majoribus; exci-
ptis solum ad Populum celebribus; cum Missa cantata de Requi-
em absolvi possint et valeant. Siquidem vero duplicis generis in
hac Collegiata haberi solent Anniversaria, alia videlicet fructu-
osa, alia gratis ex laudabili et pio instituto celebrari consueta,
his autem posterioribus Illustres Capitulares non semper omnes
velle interesse edocemur, quod in nonnullis cupiditatem lucri tem-
poralis praedominari manifestat, proinde tales noverint turpem
esse quamvis partem suo universo non congruentem, considerentque
quam indecorum, et ut genuinè loquamur, abominandum sit, tunc,
dum reliqui motivò duntaxat Charitatis Dei, et proximi, hujusmo-
di Anniversaria decantant, aliquem esse, qui lucri Cupidus, et retri-
butionem aeternam parvipendens, otio domi torpeat, suisque Confratribus
in opere meritorio nolit sociari. Cum verò ante hac dubietates, et in-
de controversiae inutilis excitatae fuerint, cui nempe parti Anniversa-
rij fructuosi Capitularis adesse debeat, ut praesens in ordine ad
lucranda distributionem censendus sit, ea propter similes Contro-
versias è medio tollendo, declaramus, eos duntaxat pro praesentibus
habendos, qui saltem tunc in Ecclesia reperiuntur, quando ulti-
mus versus Invitatorij canitur, serius venientes ad participa-
tionem distributionis nullatenus admittendos esse, et ne tardè veni-

entes allegare




entes allegare queant, quod aut de celebrando Anniversario, aut de tempore ejus inchoandi nesciverint, prescriptum Celsissimi Fatulski servari volumus, ut scilicet pridie tabella ad portam Sacrarj exponatur, exactè indicans, quale Anniversarium sequenti die absolvendum, et quo tempore incipiendum sit. Quercas R.R. Vicariorum, quod videlicet Collegium eorum totum, unam tantum Personam Capitularem in Anniversarijs hucusq; representabat, et unius tantum Capitularis presentis portionem participabat, ad Nos eo nomine factas, justas agnovimus, quas idcirco consolando sancimus, ut à modo idem Collegium Vicariorum in Anniversarijs duas Personas Capitulares representet, adeoq; duorum Capitularium presentium portiones Collegio Vicariali in quovis Anniversario obvenire debent, ita, ut crescentibus portionibus Capitularium ob paucitatem interessentium, accrescant quoq; bina Collegij Vicarialis portiones, Casu autem, quando pro Anniversario fructuoso, Censù solutio per annos aliquot differtur, Anniversarium nihilominus stato tempore absolvitur, quemadmodum tunc Massa Capituli, interessentibus Personis Capitularibus nullam Consolationem facit, sed in post, quando Censù recipitur, ita quoq; Vicarijs nihil solvere debet, nisi Censu recepto, ne tamen hac occasione Collegium Vicariorum defraudari, aut damnificari contingat, Illis Canonicus Procurator Conscientie sue incumbere intelligat. Quantum ad numerum Anniversariorum per Insigne Capitulum absolvendorum reperimus equidem tabellam eorum exactè cum specificatione fundationis et temporis ad absolvendum profixi connotatam in Sacrario seu Arario semper pendulam, juxta cujus prescriptum eadem celebrari

solere


et tam Solennis in Regno Nostro Missae hujus usus, ac devotionis
in Adventu ante auroram institui solita praxis, quae quemadmo-
dum specialis est Ecclesiae Polonae, non potest subijci Rubricis Ge-
neralibus, particulares Regnorum Casus minime comprehendentibus.
Missae Votive Communitatum Fundationales, prout ex antiquo
usu habetur, decantentur etiam in Festis duplicibus Majoribus,
quod Resolutionibus quoque S^{ae} Rituum Congregationis conso-
num est, quam regulam etiam ad Anniversaria extendi volu-
mus, ut videlicet ista in Festis quoque duplicibus Majoribus; exce-
ptis solum ad Populum celebribus; cum Missa cantata de Requi-
em absolvi possint et valeant. Siquidem vero duplicis generis in
haec Collegiata haberi solent Anniversaria, alia videlicet fructu-
osa, alia gratis ex laudabili et pio instituto celebrari consueta,
his autem posterioribus Illustres Capitulares non semper omnes
velle interesse edocemur, quod in nonnullis cupiditatem lucri tem-
poralis praedominari manifestat, proinde tales noverint turpem
esse quamvis partem suo universo non congruentem, considerentque
quam indecorum, et ut genuinè loquamur, abominandum sit, tunc,
dum reliqui motivò duntaxat Charitatis Dei, et proximi, huiusmo-
di Anniversaria decantant, aliquem esse, qui lucri Cupidus, et retri-
butionem aeternam parvipendens, otio domi torpeat, suisque Confratribus
in opere meritorio nolit sociari. Cum verò ante hac dubietates, et in-
de controversiae inutilis excitatae fuerint, cui nempe parti Anniversa-
rij fructuosi Capitularis adesse debeat, ut praesens in ordine ad
lucranda distributionem censendus sit, ea propter similes Contro-
versias è medio tollendo, declaramus, eos duntaxat pro praesentibus
habendos, qui saltem tunc in Ecclesia reperiuntur, quando ulti-
mus versus Invitatorij canitur, serius venientes ad participa-
tionem distributionis nullatenus admittendos esse, et ne tardè veni-

entes allegare



entes allegare queant, quod aut de celebrando Anniversario, aut de tempore eius inchoandi nesciverint, prescriptum Celsissimi Falusti servari volumus, ut scilicet pridie tabella ad portam Sacrarj exponatur, exactè indicans, quale Anniversarium sequenti die absolvendum, et quo tempore incipiendum sit. Querelas R. R. Vicariorum, quod videlicet Collegium eorum totum, unam tantum Personam Capitularem in Anniversarijs hucusq; representabat, et unius tantum Capitularis presentis portionem participabat, ad Nos eo nomine factas, justas agnovimus, quas idcirco consolando sanimus, ut à modo idem Collegium Vicariorum in Anniversarijs duas Personas Capitulares representet, adeoq; duorum Capitularium presentium portiones Collegio Vicariali in quovis Anniversario obvenire debent, ita, ut crescentibus portionibus Capitularium ob paucitatem interessentium, accrescant quoq; bina Collegij Vicarialis portiones, Casu autem, quando pro Anniversario fructuoso, Censûs solutio per annos aliquot differtur, Anniversarium nihilominus stato tempore absolvitur, quemadmodum tunc Massa Capituli, interessentibus Personis Capitularibus nullam Consolationem facit, sed in post, quando Censûs recipitur, ita quoq; Vicarijs nihil solvere debet, nisi Censu recepto, ne tamen hac occasione Collegium Vicariorum defraudari, aut damnificari contingat, Illis Canonicus Procurator Conscientie sue incumbere intelligat. Quantum ad numerum Anniversariorum per Insigne Capitulum absolvendorum reperimus equidem tabellam eorum exactè cum specificatione fundationis et temporis ad absolvendum præfixi connotatam in Sacrario seu Arario semper pendulam, juxta cujus prescriptum eadem celebrari

solere



solere informati sumus, verum quoniam vitio seculi, quod vivimus,
fundationes praesertim in censibus consistentes tam sunt infelices,
ut vel fructificent nihil, vel pro earum fructu participando sum-
ptuoso certandum sit processu, quam conditionem nonnulla quoque
Anniversaria Capituli experiuntur, idcirco opportunum in tali-
bus remedium adhibere volentes, injungimus Insigni Capitulo -
quatenus pensatis punctualibus, nec ne, Censuum solutionibus, ta-
bellam suorum Anniversariorum restringat, duo aut etiam tria
modicum quod importantia in unum conjungendo, praesertim ve-
ro Anniversaria unius Nocturni cum alijs itidem unius Noctur-
ni jungenda in unum trium Nocturnorum censemus, taliterque re-
strictam ob diminutos proventus Fundationales dictorum Anni-
versariorum tabellam commodo tempore sive capitulariter in ali-
quo Capitulo, sive per deputatos ad id a Capitulo conficienda,
Insigne Capitulum Nobis exhiberi curabit, ut eandem previa
reductione et moderatione Anniversariorum Authoritate Sacrae Cong-
Conc. speciali Rescripto de Dat. Romae die 28^{ae} Februarij An-
no Domini 1701^{mo} Nobis Delegata, facienda et impertienda,
firmitatis opportuna robore canonizemus. Magnopere interest,
ut Divina Officia peragentes, quemadmodum mente et corde in-
fundendis Dei Laudibus concordant, ita habitu quoque et situ
corporis omnimodam conformitatem praeseferant. Proinde quod
respicit uniformitatem Habitus, studeant Illustres Capitula-
res Statuto eo nomine condito ad amussim morem gerere, quo
vero ad concordantiam in stando, sedendo, ad Altare se verten-
do, Decreto anterioris Visitationis satisfieri volumus. Usus
ferme universalis in majoribus Ecclesijs obtinuit, ut tempore

Divinorum

Divinorum Officiorum pulpitem competeris in medio chori ad decantandas Antiphonas, et versus, in Festis Solemnioribus proset, quod quia Collegiate presenti omnino quadrat, ideo tale pulpitem impensis Insignis Capituli comparari mandamus, ad quod in Festis Solemnibus Antiphona et versus per Vicarios decantentur. Lura essent, materie Divinorum Officiorum intimè con-nexa, qua presentis Decreti Ordinationes adaugere deberent, sed quoniam maximam partem Officiorum, Collegium Vicario-rum sustinet, cuius Collegij Nos adjuvante Dno innovare Erectionem premeditamus, circa quam innovationem opportu-nè ^{regulamen} devotionibus et Officijs Collegiate huius prescribendi offe-ret se occasio, proinde premissa jam, satis esse arbitramur.

De Capitulo et Capitularibus.

De Capitulo et Capitularibus verba facturi, proximis incul-candum censemus, ut majori sedulitate Statuta observentur in de-ducendis ad effectum rigoribus opportune et justè sanè in varia mate-ria appositis. Licet enimvero eam Insigne Capitulum promere-tur Laudem, quod in adimplendis Ecclesia sua Ordinationibus zelum habeat, nihilominus exploratum Nobis est, quod ob aliquam conniventiam, sive lenitatem illegitimum, pena contra certas trans-gressiones constituta, raro solent effectuari, et individuando Casus, in absentes per Sequestrum non animadvertitur, noviter instal-lati ad persolvenda Cappalia prescripto rigore non adiguntur, in non adimplentes regulam turnorum residentialium penalitates late non extenduntur, revisio Bonorum tam communium Capi-tuli, quam ffordorum et Curiarum Illustrium Capitularium

intermissa

intermissa, ex quibus omnibus præmissis, contraventio Statutus lu-
crum reportat, subsecuta Fundorum et Curiarum nonnullarum
desolationes, prout partim ipsimet vidimus, partim indubijs rela-
tionibus instructi sumus. Unde in futurum cordi sit Insigni Capi-
tulo, admissos in recensitis defectus corrigere, rigori Statutorum una
quamq; transgressionem subjiciant, absq; quovis respectu amicitia, aut di-
gnitatis Personarum, contraventiones penalitatum meritorias attentan-
tium. Revisio Bonorum tam Communium, quam particularium
Fundorum et Curiarum ad mentem Statutorum reassumatur, et exacte
ad praxim reducatur, præter hanc etenim in quibusvis Capitulis
Majoribus usitatam, non est aliud dabile remedium, quo integro
Bonorum, Fundorum, et Curiarum statui efficacius et certius provi-
deri queat. Bona Capituli à Vicinorum injurijs strenue via Ju-
ris defendantur, adhibeaturq; sedula opera, ut in flore semper conser-
ventur. Decimas ex Villis Szczytrniki et Schowierzyn à multo
tempore non fructificare Capitulo, expiscati sumus, ob causam fe-
re unicam, quòd vindicatio earum non serio promoveatur, quod
emendando, actionem pro recuperatione fructus earum, ubi de Jure, o-
mnimòdo conatu institui præcipimus. Notabile sane reportat da-
mnum Ecclesia et Insigne Capitulum, quòd Decima ex Villis Lo-
tworow, Dlugie, Lotworowska Wola, Gtuska Wola, Karsow, Kars-
owska Wola, Gutow, Gutowska Wola, et Czarnocin in Archi-Die-
cesi Gnesnensi existens, non gratis, sed rigorose obligationis titulo
per Celsissimos Primate conesse, non percipiuntur, inculcatum ha-
betur Decreto Fatusciano Insigni Capitulo ut pro ijs vindican-
dis, agere contenderet, compertumq; habemus aliquos ad hunc effe-
ctum præcessisse passus, sed minimè efficaces, ut-pote non cum
tanto studio, prout par est, factos, innovando igitur præscriptum
Celsissimi Fatuski serio mandato obstringimus, ut usum fructum

prædictarum

predictarum Decimarum Insigne Capitulum omnibus excogitabilibus modis rehabere apud Celsimum Primate[m], et Reuerentissimum Capitulum Metropolitani Gnesnense instet, deq[ue] Successu, qualis subsequetur, Nos frequenter informet, ut operam quoq[ue] Nostram et Adjutorium interponamus. Obseruavimus equidem Archivum Capituli ordinate custodiri, ceterum quia in Juribus et munimentis aservandis non ordinaria ferme cura opus est, necessarium arbitramur, quatenus Summarium omnium Jurium tam Capituli communium, quam etiam Illustrum Prelatorum et Canonorum cum exacta specificatione diei, anni, et Castri, in quo facta sunt Transactiones, conficiatur, taliterq[ue] confectum Actis aliquibus publicis binis vel tribus per oblatam offeratur, ut in casu deperditi alicujus munimenti, facilis notitia haberi queat, in quibus Actis querendum erit. Indubitatum re vera est, quod in catu aliquo numeroso hominum invicem Consultantium, fieri vix potest, ut dissensiones et disceptationes evitentur, praesertim ubi cuilibet sensu suo abundare permixtum, nihilominus in Capitulis, quae ex Personis Ecclesiasticis modestia et mansuetudine praelucere obligatis componuntur, id usu venire haud debet, ea propter meminerint Illi Capitulares, quod Sessionem Capitularem facturi, congregantur in Nomine Dni, adeoq[ue] Dnum in medio sui esse considerent, considerandoq[ue] tam modesti et secundum turnum de negotijs consultent, ac si oculis etiam Corporeis Dnum se inter reperi-ri cernerent, quem invisibiliter adesse credunt.


Miter censere non possumus, nisi quod aliqui peccatum esse nullum existiment, distributiones immerito lucrari, ac in his ceteros defraudare, in quo procul-dubio graviter errant, contraq[ue] Statuta easdem lucrantes. Punctatorem decipiente, fingendo, negotia Capituli sibi esse commissa, ac alia id genus, prout nonnullos facti tasse cognovimus, ad restitutionem rigorosam, vel condonationis

à Capitulo.

a Capitulo petitionem obstringuntur. Pramissarum vero deceptionum
hac quoque causa extitit, quod Punctator juratus non fuisset, quem id-
circo in futurum juramento obstrictum fore volumus. Jure merito Statu-
tis prescribitur, ut per tractum Capituli Generalis, quavis die ali-
quot eorum Capita perlegantur, ut hac ratione observantia, aut
transgressiones eorum sponte suapte occurrant audientibus, quam
legem ad presens quoque Reformationis Decretum extendimus, ut
videlicet Capituli Generalis tempore, quotidie tanta pars illig
legendo decurratur, ut ad finem vergente Capitulo totum perle-
ctum habeatur, quatenus frequens ejus meditatio, de subsequuta
nec ne, conditorum in eo executione, Illustres Capitulares ad-
moneat. Non solum autem Insigne Capitulum curare tene-
tur executionem eorum, que pro illo prescripta sunt, sed omnium
quoque Ordinationis hujus contentorum, quamcumque Communi-
tatem respicientium infraponendorum, ad quorum effectuationem
urgendam idem Insigne Capitulum non duntaxat mere atten-
dentis, sed etiam jus admonendi, redarguendi, corripiendi, ac in
levioribus puniendi habeat, graviores vero in non adimplendo De-
creto presenti cujuscumque Communitatis negligentia a Consi-
torio Loci debito rigore castigentur. Plura que totum Capitu-
lum concernerent, hic inserenda non veniunt, presertim cum
in Statutis in Visitatione presenti jam in parte reformatis,
et reformandis, sufficientissime contineantur Sanctiones, quibus
servatis optimus ordo et regimen laudabile manuteneri potest.
Ad particularia igitur descendendo, Perillri Scholastico injun-
gimus, ut Decimas Scholasterie dotales in ArchiDiocesi
Gnesnensi deperditas, omnibus modis, si qui dabiles et possi-
biles sunt; nimis enim antiqua earum avulsio est; vindicare

continuat

contendat, Curiamq; edificare satagat, cum indecorum prorsus sit, a
ream Scholastici, post sepultam in ruinis residentiam, vacuum vi-
deri. Illres Canonici Prebendarum Bieliowska, Dziwkowska, Ra-
doszycka, annuli Reginalis et Chrzonowska sedulos intendant
conatus, ut fundorum suorum dotes ac Decimas magis fructife-
ras efficiant. Illrem vero Canonicum Kaczerki in vindicandis
Decimis et Prebende sua pertinentijs, praesertim vero in indagando
fundo dotali Jaskow, et vindicatione ejus strenue promovenda,
Illustris Coadjutor enixe adjuvare, partium suarum esse intelligat,
quippe proprio utili augendo operam navare consentaneum est. Quo-
niam vero in area fundi Radoszycka, annuente Illustri Canoni-
co Kaczerki, Fabrica Residentia Vicarialis surrexit, pro casu au-
tem constructae hujusmodi Residentiae et Introductionis in eam
ad communem habitationem Vicariorum, Insigne Capitulum pre-
dicto Illustri Canonico de alia area una cum Residentia; ex
quo is suam cum Residentia cepit; ex vacaturis Vicariabilibus se
provisurum obtulit, liberamq; hac in re optionem eidem praecautam
esse voluit, ideo Decreto praesenti hanc liberam optionem prae-
stodimus, seu alias illa area Illrem Canonicum Kaczerki
contentari debere volumus, quam sibi ipse praeelegit, juxta illa-
tionem ejus in praesenti Visitatione Nostra factam, in Statu ve-
ro ejusdem Visitationis connotatam. Magna projecto negotiorum
Ecclesiae hujus et Capituli moles incumbit Illri Canonico Pro-
custodi, ille enim Officiorum Divinorum Ordini, Sacrarum et ap-
paratum nitoni, conservationi Bibliothecae et Archivi, quae cer-
te conspicua sunt, invigilare obstrictus est, talia porro sustinen-
tem, ac notabilius praeceteris laborantem, dignum censemus,
ut reliquis Canonicis quoad omnia coaequetur, ac proinde licetsi


vi


vi Erectionis sue Proventus novissimus esse post omnes Canonicos
debeat, privilegioq̄ antianitatis minimè gaudere valeat, Nos ni-
hilominus tenore presentium Erectionem Procustodia in preroga-
tivis ampliando, decernimus quod in futurum Illustris Canoni-
cus Proventus omnium privilegiorum communium Canonicis Ec-
clesia hujus, ac etiam antianitatis, et ex hac profluentis Juris-
presidendi Capitulis, capax censendus sit, derogantes hac in
parte prescripto Erectionis ultimum pro semper locum Procu-
stodi praefigentis. Exploratum Nobis est, quod in Statuto no-
viter sub tempore presentis Visitationis de pendendis per DD.
Prelatos et Canonicos Collegio Vicariorum pensionibus condi-
to, Authoritate Nostra firmato et Canonisato, Illis Ca-
nonicus Proventus obligatus sit ad liberandos à solvenda quota
Florenae sexaginta Vic Custodi Sanctuarios, cum hac omnino con-
ditione, si et in quantum idem Sanctuarij à praepediendo ejus in
Villa Swiatniki Jure propinandi destiterint, ea propter si idem
Sanctuarij pacem colere noluerint, si controversias nutriverint, pre-
pedire attentaverint, eos ad exolvendam Vic Custodi praedictam pen-
sionem per Celsum Malachowski ipsis impositam, non vero Illu-
strem Procustodem obstrictos esse: explicando hoc in puncto prae-
censuratum Statutum: pronuntiamus.

Pro Capitulo Minori seu Collegio Vicariorum.

Caput hoc presentis Decreti paucis complecti consentaneum duci-
mus. Quoniam etenim ob multitudinem negotiorum, quibus Nos in
presenti Visitatione manum dare oportuit, fieri haud potuit,
ut RR. Vicarij in habitationem communem introducerentur, ac

Mensa cor



Mensa eorum communis stabiliretur, praesertim cum multa et perplexae eorum Fundationes notabili tempore indigeant, ad faciendam earum conciliationem, et congruam onerum, obligationumque coordinationem, idcirco quam primum esse poterit, extra Visitationem commodum tempus nacti, necessariam Erectionis Collegii Vicariorum Innovationem effectuare conabimur, circa quam regulas regiminis, tam in temporalibus, quam etiam absolvendarum obligationum ipsdem Vicarijs prescribi curabimus. Interea vero antequam praemeditata Innovatio subsequetur, Officia Divina, Anniversaria, caeteraque onera adimplerant secundum tabellam tantisper in actu praesentis Visitationis per Nos confectam, subscriptam ac ipsdem R.R. Vicarijs relicta.

Pro Communitate Mansionariorum

Actum agere non convenit, praecipue vero in materia Reformationum. Ad quid enim novas leges condere, quando antea late ita salutare sunt, prae et prudentes, ut meliores statui non possint? Sane evolvendo Celsissimorum Antecessorum Nostrorum Ordinationes, praesertim vero Celsissimi Andreae Trzebicki Decretum et Reformationem pro Communitate Mansionariorum Anno Dni 1672^{do} die 5^{ta} Septembris latum et factam, perinde eandem adequatam, casus ferme omnes et pro ijs opportuna praescripta continentem reperimus, ut nihil congruentius arbitremur, quam eandem in toto innovare, prout re ipsa praesentibus innovamus, obstringentes R.R. Mansionarios, quatenus eandem Reformationem Trzebickianam veluti optimam regiminis sui, vite et honestatis regulam, omnino ad unguem teneant, observent, et sequantur. In ea enim provide et circumspede ordinatur, quomodo Officia sua absolvere, quas obligationes adimplere, quia ratione negligentes, et vocationi non correspondentes punire, quomodo Charitatem mutuam fovere, in studio virtutum se vicissim juva

re, modestia praelucere, a vitijs communibus abstinere, honestatem
seu quasi Clausuram Domus sue custodire, apparatus Sacros ser-
vare, Bona administrare, proventus distribuere, eorum rationes
et calculum facere debeant, atq; ne cupidam dubitationi locus detur,
specificando ea que specifica mentione digna judicantur, eandem
Reformationem Trzebiccianam etiam quo ad numerum Mansiona-
riorum in ea prescriptum videlicet in Personis sex manuteneri
concedimus. Suadent id continua Calamitates Bona eorum pre-
gravantes, reparationes, quotannis expensas non modicas trahen-
tes, ac deniq; non totalis perceptio Censuum eos concernentium,
quibus attentis Communitas Mansionariorum in pluribus Perso-
nis augeri haud potest, cum alias difficilem et non sufficientem
subsistentiam haberent. Hunc tamen articulum quoad numerum
Personarum pro lege perpetua minime sancimus, sed ad feliciora-
duntaxat tempora eum valere volumus, prout obloquitur ipsa met-
praelaudata Trzebicciana Reformatio. Ad finem effectuandae
huius Reformationis Mensam communem omnino prescriben-
tis: quam presentanei R.R. Mansionarij in voce duntaxat ser-
vasse comperti sunt, in communi enim Culina parata fercula
singuli in suis mansionibus manducabant: per-opportunum est, Re-
fectorium desolatum reparare, quam reparationem Decreto Zalusia-
no injunctam, sed non subsecutam quantocypus fieri, quemadmo-
dum etiam, unum residentie communis parietem, rimas et scissuras
hiantem indilate refici sub rigoribus Juris precipimus. Quoniam
authenticatio documentorum juxta tenorem Decreti Celsissimi Trze-
bicki ad effectum non deducta, ea propter defectum hunc alio reme-
dio supplendo. Summarium exactum cum specificatione diei et loci
transactionum quarumvis Communitatis confici, taliterq; confe-
ctum Actis aliquibus publicis per oblatam ingrossari mandamq;
ut in casu deperditi alicujus munimenti sui facile queat, ubi

querendum


querendum veniat.

Decreto immediata Visitationis quoad Almutia, ut ea videlicet singuli R.R. Mansionarij habeant, atq; ut illis carentes ad Communitatem non admittantur, accurate satisfieri jubemus, postulatis vero eorum et rationibus, praesertim cum moderno saeculo hujusmodi pelles caro emi debeant, benigne inclinati, indulgemus, ut praefatis Almutijs tantum in Processionibus Solemnioribus utantur, in minus autem Solemnibus superpelliceati, ^{incedant} Census Communitati suae inscriptos non fructificantes, signanter vero Censum à Summa super Bonis Czerniakow haerente, aliquot annorum intervallo retentum, sedulo vindicent. De Anniversarijs et ceteris oneribus Mansionariorum Communitati incumbentibus nihil in praesentiarum statuimus, sancentes ut juxta anteriores Ordinationes, ^{usq;} et consuetudinem adimpleantur, quantum ad praefixionem horae, qua Cursus et Votiva decantari debeant, per necessaria equidem est dispositio, ut videlicet ita Officijs Palteristarum et R.R. Vicariorum succedant vel praecedant, ne ullo momento Ecclesia sileat, sed ad hujusmodi praefixionem et Coordinationem maxime commodum tempus existimamus, dum et quando supramentionata Erectionis Vicariorum Innovatio ad effectum deducetur, tunc proinde R.R. Mansionarios adutari faciemus, atq; in termino ex adutatione provenienti Ordinem diurnum Officijs eorum praescribemus, ac etiam si in Domino Nobis visum fuerit, onera eorum reducere et moderari dignabimur.

Pro Communitate Palteristarum

Maxime procul dubio optandum foret, ut ad instar Cathedralis Nostrae, in hac Insigni Collegiata laudes Divinae in Psalmis de die et nocte per Palteristas decantari possent, pro ut ad eum finem per pios Fundatores sunt instituti, verum quoniam sollicitudini Nostrae Paternae incumbit, cujusq; Ecclesiastica


onerum



onerum et reddituum rationem habere, mature ponderantes, quod ob dimi-
nutos Psalteristicae Fundationis redditus, Communitas Psalteristarum
exiguo Personarum numero constare debeat, quibus haud possibile est
nocturno et diurno tempore Psalmos canere, praesertim etiam eo at-
tento, quod ultra obligationem psallendi, onera etiam Missarum et
Anniversariorum eandem Communitatem adstringant, ideo pro-
missis permoti, indulgemus pro interim, ut non nisi de die Psalte-
rium cantetur. Quoniam in Ereptione Psalterie non legitur,
quod ex hac Communitate deberent esse Cruciferi, et Ceroferarii,
proinde ad huiusmodi Officia praestanda Psalteristas non esse
adigendos, sed tam Crucem ante Capitulum, quam faces ad as-
sistendum decantando Evangelio per Clericos portari, ^{debere} pronuntia-
mus. Casu tamen, quo tam exiguus Clericorum esset numerus,
ut ultra Ministerium Officianti, praedictis exequendis non suffice-
rent, tam Cruciferum, quam Ceroferarios ex Communitate Psalte-
ristarum esse oportere, ex quo enim hac Communitas ceteris infe-
rior est, omnino congruit praescensita per eam suppleri. Quoad
determinationem pariter Ordinis diurni Officij Psalteristarum,
praecipue vero Votivis, magnopere conveniens esse duimus, ut
etiam id circa innovationem Ereptionis Vicariorum ex adita-
tione Communitatis huius peragatur, prout paulo ante de
Mansionarijs dictum habetur.

Pro Altaristis, Domo Sacerdotum Em- ritorum, et Capellano Hospitalium Paro- chialium.

Paucas equidem in hac Collegiata Altarias seu Altarium Mi-
nisteria reperimus, pro quibus quandoquidem salutare fecit Emi-
nentissimus Praedecessor Noster Cardinalis Lipski Ordinationes,
has ad unquam servari mandamus, nullo de novo Statuto condito.

Haec autem


Hoc non nisi in Decreto presenti palam fieri volumus, opportunum videlicet indispensabiliter esse, ut eadem Ministeria Masse Communi Vicariorum incorporarentur, quod re ipsa circa saepefatam Erectionis Vicariorum Innovationem effectuari curabimus.

Pro Xenodochio seu Domo Emeritorum Sacerdotum non est opus quidquam statuere, sufficit duntaxat inculcare Illustribus Sacerdotibus, Procuratori et Procuratori veluti natis Domus hujus Provisores, ut Erectionis hujus Xenodochij salutares, pias, et prudentes leges, ad amissim carent adimpleri. Se respicere putent Illustres Provisores illum Sacrar^m Scripturarum textum = Tibi derelictus est pauper, Orphanus tu eris Adjutor = dum enim pius Fundator curam hujus misericordis Domus totaliter illis inherere voluit, dum id Jurisdictionis Ordinarie Auctoritas canonizavit, intelligant se rigorose obstrictos esse, omni Conatu et sedulitate Domui huic, degentiumq; in ea bono tam Spirituali quam Corporali attendere.

Hospitalia Parochialia in statu congruo quo ad omnia reperimus, quippe Dom^o R^{ndus} Sebastianus Lisulewski Notarius Consistorij, Hospitalium vero Cappellanus, quemadmodum in omni re, sedulum, laboriosum et exactum Legum Observatorem se demonstrat, ita quoq; incumbenti sibi Hospitalium curam totum se impendit, satisfaciendo pleni Ordinationi Latuscia^{na} pro illis em^{iss}ata.

Pro Seminario sub regimine S^{ocietatis} Soc: Iesu existente.

Inter curas Pastorales, hanc permagni momenti esse intelligimus, invigilare scilicet, ut Seminaria Clericorum, optima semper ratione gubernentur, quatenus Alumni, qui in ipsis educantur, illis virtutibus et scientijs imbuantur, quales ad artem artium Curam animarum, cui applicandi futuri sunt, rite administranda


requiruntur

requiruntur. In Seminario presenti Sandomirienſi, cognovimus curari equidem non perfunctorie, ut Clerici in eo degentes opportunam doctrinam imbibant, ceterum cum presenti ſeculo, non una duntaxat qualiscunq; Theologia cognitio Clero est neceſſaria, ſed omnino neceſſarium est, ut Statui Eccleſiaſtico deditus, tam Theologiam præſertim Moralem ſolidè calleat, quam cætera, quæ ad Divina Officia decenter, et ut convenit abſolvenda, opus habentur, videlicet Cæremonias, Cantum, rubrum, et alia id genus exactè pernoſcat, quibus tradendis præſentis Seminarij Moderatores, altiorum ſcientiarum perſcrutatione occupati, nullatenus fatigari poſſunt, eam ob rem pro Officio Noſtro Paſtorali præconcepimus quædam ſalutares adminiſtrandi et regendi hujus Seminarij ideas, quas R.R. Patribus Soc. Jeſu communicavimus, quaſq; Deo adjuvante brevi ad effectum deducere contendemus.

Pro Schola Parochiali.

Schola Parochialis, quæ Juventutem præſertim Conditionis miſeræ, Catholicis dogmatibus, et literature principijs imbuat, ac quæ commodum ipſimet Collegiate præſtat, ad ſerviendum Miſſis ſubminiſtrando, ut in maxima cura habeatur, Inſigni Capitulo, præcipuè verò Leniſſimo Scholaſtico inculcatum eſſe volumus. Foveatur ſemper Magiſter Scholæ Clericus, modèſtia et morum probitate commendatus, ad tradenda verò Adoleſcentibus dogmata Sacroſanctæ Fidei, et Literarum principia idoneus, in cuius in docendo ſedulitate, in intereſſendo cum Scholaribus devotioni exactitudinem; præter Illuſtrem Scholaſticum cui id de Jure incumbit; Illuſtres Canonici Procurator et Procuſtos uti ſemper residentes diligentem attendentiam habeant, certis temporibus videlicet ſaltem circa quævis quatuor tempora Scholam viſitent, de profectu Adoleſcentum tam in Cathèſi, quam in Literis

inquirant




inquirant, in mores Rectoris animadvertant, pro levioribus defectibus, ipsimet eundem redarguant, corripiant, pro majoribus vero Illustri Officiali Loci puniendum deferant.

Pro Parochianis.

Ultimo tandem Decreti hujus Capite Fideles Christi Parochianos complectendo, admonitiones Salutares Celsissimi Praedecessoris Nostri ipsi exaratas innovamus, quatenus Collegiata ceterarum Ecclesiarum Matrici, suae vero Matri, in cuius sinu vitam accipiunt, Sacramentis nutriuntur, ac animas denique reddent, in qua pro ipsis oratur, et incruenta Sacrificia Deo Omnipotenti immolantur, debitum honorem, reverentiam, et amorem praestent, devotionibus ejus praesertim Processionibus et Solemnitatibus intersint. Quoniam vero potissima Parochianorum pars, sunt Nobiles Magistratus, Proconsul et Consules, quorum exemplo ceteri regi solent, idcirco iidem Domini velut Principales hujus Urbis Viri, satagant amore suo erga Collegiatam, reliquos Incolas ei addictos reddere, illud bene ponderantes, quod Ecclesiae institutor Deus, qui honorantes Matrem Carnalem prosperitate remunerari promisit, remunerabitur copiose suis benedictionibus honorantes Matrem Spiritualem, quae est Ecclesia propria. Iidem Domini Proconsul et Consules Jurisdictionem exercentes, meminerint vitia et excessus congrue punire, scandala suffocare, alias tremendo Iudicii, Qui justitias eorum judicaturus est, respondere debebunt.

Concludimus demum Verbis Doctoris Gentium ad Coloss. 3. alloquendo omnes, ad quos contenta Decreti presentis regulantur = Induite Vos ergo sicut Electi Dei, Sancti et Dilecti, Viscera Misericordiae, benignitatem, humilitatem, modestiam, patientiam, supportantes invicem et donantes Vobismet ipsis, si

quis


quis adversus aliquem habet, querelam, sicut et Dominus donavit
Vobis, ita et Vos. Super omnia autem haec, Charitatem habete,
quod est vinculum perfectionis, et pax Christi exultet in Cordibus Vestris.
Ad extremum Illustri Canonico Procuratori injungimus, ut
Actum presentis Nostrae Visitationis cum integra descriptione Sta-
tus, ex Actis Nostris Visitationum intra spatium unius An-
ni extrahi curet, hujusmodiq; Extractum, uti et praesens De-
cretum cum alijs documentis in Archivo Capituli perpetuo
asservari mandamus et praecipimus. Dato ^{Pandossina} in Loco Capitulari
Die 9^{na} Februarij. Anno Domini 1762^{do}.

Cajetanus Ep^{us}
Dux Severis.
m.p.



Josephus Beckowli Ap^{us} et V^{ic}
Fiduciar^{is} In^{ter}pres^{is} Notarius
m.p.

STATA

CLARATA

ECCLESIA

SCIENTIA

WITIA

RENTIA

CAROLUS SEPTIMUS

SOLEX

DEI & APOSTOLICE

SEDIS GRATIA EPISCOPUS

CRACOVYENSIS DUX

SEVERIÆ

Ad perpetuam rei memoriam

PROOEMIUM

Quemadmodum Legum omnium humanarum ea conditio
est, ut cum seculis mutari debeant, ita huic viasitudini

Statuta
S

Statuta quoque Insignis Collegiate Sandomiriensis obnoxia fi-
unt, qua enimvero elapsis seculis summè salutaria visa
sunt Conditoribus, ea Nostris diebus minimè esse accommo-
da observantur. Longo temporum tractu Insigne Capitulum
Collegiate huius regimen suum manutenebat Statutis Anno
Domini 1629^{no} sancitis, per Serenissimum Joannem Al-
bertum Polonia et Suecia Principem S.R.E. Cardinalem,
Episcopatus Cracoviensis perpetuum Administratorem appro-
batis, sed cum emenso plusquam seculi unius spatio, pleraque
eorum observatu difficilia, multa temporis disconvenientia red-
dita essent, curavit Insigne Capitulum, alia temporis magis
accommodata ex Ordinationibus et Decretis antea actis Cel-
sissimorum Prædecessorum Nostrorum compilari, quorum ap-
probationem à Celsissimo immediato Antecedaneo Nostro in
Visitatione Generali Anno 1751^{mo} obtinuit. Verum cum et
in his complura reperirentur, quæ aut minus clara essent, aut
non ita, prout par est, omnes casus comprehenderent, ea propter
Visitationem Generalem Collegiatiæ huius prosequentes, Sollicitu-
dinis Nostræ esse arbitrati sumus, ipsdem Statutis reforman-
dis, moderandis, explicandis, ac nonnullis ob novum emergens
de novo condendis operam Pastoralem navare, prout re ipsa
reformavimus, explicavimus, ac de novo condidimus ea que se-
quitur ratione et serie.

Caput I


De receptione Prælatorum et Canonorum

Canu.
①

CÆTANUS GEMATUS
SOLTYK
DEI & APOSTOLICE
Sedis GRATIA EPISCOPUS
CRACOVYENSIS DUX
SEVERIÆ

Ad perpetuam rei memoriam
PROOEMIUM

Quemadmodum legum omnium humanarum ea conditio
est, ut cum seculis mutari debeant, ita huic viassitudini

Statuta


Statuta quoque Insignis Collegiate Sandomiriensis observata fi-
unt, quae enimvero elapsis saeculis summè salutaria visa
sunt Conditoribus, ea Nostris diebus minimè esse accommo-
da observantur. Longo temporum tractu Insigne Capitulum
Collegiate huius regimen suum manutenebat Statutis Anno
Domini 1629^{no} sancitis, per Serenissimum Joannem Al-
bertum Polonia et Suecia Principem. S. R. E. Cardinalem,
Episcopatus Cracoviensis perpetuum Administratorem appro-
batis, sed cum emenso plusquam saeculi unius spatio, pleraque
eorum observatu difficilia, multa temporis disconvenientia red-
dita essent, curavit Insigne Capitulum, alia temporis magis
accommodata ex Ordinationibus et Decretis antea actis Cel-
sissimorum Praedecessorum Nostrorum compilari, quorum ap-
probationem à Celsissimo immediato Antecedaneo Nostro in
Visitatione Generali Anno 1751^{mo} obtinuit. Verum cum et
in his complura reperirentur, quae aut minus clara essent, aut
non ita, prout par est, omnes casus comprehenderent, ea propter
Visitationem Generalem Collegiate huius prosequentes, Sollicitu-
dinis Nostrae esse arbitrati sumus, ipsdem Statutis reforman-
dis, moderandis, explicandis, ac nonnullis ob novum emergens
de novo condendis operam Pastoralem navare, prout re ipsa
reformavimus, explicavimus, ac de novo condidimus ea quae se-
quitur ratione et serie.

Caput I

De receptione Prelatorum et Canonorum

Can.
①

Canonicus ingressus Prelatorum et Canonorum ad hanc Ecclesiam Collegiatam fiat per introductionem sive installationem Persona legitime instituta sive eius Mandatarij officiose constituti, in Capitulo Generali sive Partiali. Supra installationis Actus connotetur, de die et anno, cum enuntiativa Institutionis et Presentationis, aliarumq; Circumstantiarum notatu dignarum. Erit autem perpetuus et immutabilis installandorum Prelatorum et Canonorum Ordo, quod in Choro dextro obtinebunt locum: Prepositus, Archidiaconus, Scholasticus, et post eos Canonici Præbendarum Turebska, Krakonowska, Bielejowska, Liekarska, Dziejowska, Kobiernicka, Penitentiarus et Concionator unus. In choro autem sinistro: Decanus, Cantor, Custos, et Canonici Præbendarum: Durekowska, Kunicka, Zaięzkowska, Radoszycka, Annularis, Mydlowska, Concionator alter et Procurator, servato utrobiq; suo inter Canonicos senio seu antianitate.

Caput II.

De Fidei Professione et Juramento

Professio Fidei et Juramentum super observandis Statutis ab omnibus Prelatis et Canonicis circa Installationem exigatur, quod etiamsi per Mandatarium circa Introductionem prestitum fuerit, tamen etiam installatus Principalis antequam in Capitulo consideat, personaliter in Generali, vel Partiali Capitulo prestare teneatur, intra decursum anni unius, sub privatione vo-
us active et passive, quodsi diutius ultra annum moram traxerit, ut sæpius evenit, Iudicio Capituli, sin vero pluribus annis, actioni Procuratoris in Iudicio Ordinario instituende crit-


obnoxius. Hæc autem Juramenti talis esto: Ego NN. Insignis Collegi-
ate Sandomiriensæ Prepositus vel Canonicus &c. spondeo, voveo, ac ju-
ro, quod Statuta Capituli hujus, quod ingressus sum, Authoritate
Ordinaria approbata, nec non laudabiles consuetudines vim legis
habentes, pro posse et ipse observabo, et observari ab alijs quantum in
me erit procurabo, secretum in Sessione Capitulari impositum ne-
mini pandam, pro puniendis transgressionibus vel fraudibus in elu-
sionem Statutorum commissis libere loquar et instabo, nullo habito
respectu amicitie, nexûs sanguinis, vel dignitatis Personarum qua-
rumvis, eadem Statuta transgredi vel eludere præsumendum, sic
me DEUS adjuvet, et hoc Sanctum DEI Evangelium.

Caput III

De Cappalibus solvendis.

Nullus Prelatorum et Canoniorum recipiatur, priusquam rati-
one Installationis, Cappalia omnibus Ecclesijs Cathedralibus et Col-
legiatis usitata solvat ad manus Procuratoris, Masse Sacristie ap-
plicanda, et quidem omnes Prelati et Canonici Prebendarum
Dwiekozy, Zaiqozkowice et Kunice floren. Polon. ducentos, reli-
qui Canonici floren. centum, Notario Capituli floren. decem. Collegio-
vero Vicariorum floren. viginti, non præjudicando liberalitati spon-
te offerentium, aliquod ornamentum pretiosius in rem Ecclesie,
salvo tamen contingenti Notarij et Vicariorum. Quod si quis
per Mandatarium installari voluerit, id nullatenus obtineat, nisi per
eundem Mandatarium præscriptam nomine Cappalium summam
ac prædicta contingentia ante Actum Installationis exsolverit, ali-
as si Mandataris pro Installatione instans quietantias de præ-
missis persolutis non produxerit, nullomodo ad installandum
procedatur.

Caput 4^{um}



Caput IV

De Capitulis Generalibus.

Capitula Generalia singulis annis duo celebrentur, alterum primis diebus Junij, dum Martyrum Sandominensium memoria recolitur, alterum pro Feste Titulari Nativitatis B^gsm^a V^g Mariae, quibus Capitulis omnes Praelati et Canonici adesse teneantur, et in Ecclesia hac Collegiata pro primis Vesperis eorundem Festorum, aut saltem pro matutino comparere sub pena privationis medietatis consolationis, nec prius discedant, quam Capitulum terminatum fuerit, nisi aliter seum fuerit dispensatum. Quod si alicui legale impedimentum venire non permittat, is per Literas, vel per Internuntium aliquem et Capitularibus causam suae absentiae exponat, alias contumaces et nulla excusatione per Capitulum acceptata muniti, pro prima absentiae suae vice imperialem unum, pro secunda duos, pro tertia tres, et sic deinceps pro Fabrica Ecclesiae solvere tenebuntur, quam multam per sequestrum quorumcumque proventuum ad eos pertinentium Illustris Procurator exigat. Verum si pluribus annis successivè absentes fuerint, Decreto Canonice Monitionis notentur, et Jurisdictioni Ordinariae tanquam Contemptores Constitutionum Canoniarum & Capitularium deferantur.

Caput V

De ordine tractandorum in Capitulo.

In crastino Festorum praedictorum si non sit Dominica impeditum, praemisso pulsu majoris campanae, Missa Solemnis Votiva de Spiritu Sancto celebretur, in assistentia omnium DD^m

Capitularium

Capitularium, quâ finita omnes Locum Capitularem ingressi Con-
silia sua auspiciabuntur à precibus eo nomine prescriptis, Actusq;
celebrandi Capituli per Secretarium connotabitur cum specifica-
tione presentium Personarum Capitularium, et emundatione
aut condemnatione absentium. Tum statim eodem ac subsequenti-
bus diebus aliquot Capitula presentium Statutorum perlegantur,
ita, ut omnia durante Capitulo Generali percurrantur. Deinde
Acta prateriti Generalis Capituli et subsequentium Partialium
relegantur, et ex ijs tractanda, aut executione complenda per Presi-
dentem notentur. Ante omnes autem materias ratio cultus Divi-
ni ampliandi et manutenendi pertractetur. Tandem Cathegoria
ex Actis anterioris Capituli emergentes disutiantur, et ad extre-
mum illationes per DD. Capitulares sigillatim deprecanda au-
diantur, et universa ac singula Decretis et Conclusionibus oppor-
tunis stabiliantur. Singule vero Sessiones secundum laudabilem
consuetudinem Psalmo - de Profundis, - cum Collecta pro Defun-
ctis Confratribus condudantur. Sessiones autem Capitulares -
prefate, tempore duntaxat antemeridiano et nullatenus pomeridi-
ano; nisi id urgens, que raro accidit, circumstantia postulaverit,
habeantur.

Caput VI

De tractu Capitulorum Generalium.

Quantò temporis intervallò Capitula Generalia durare debeant, -
determinari precise nequit, cum aliquando magna tractandorum
moles enasu soleat, cui longum tempus impendere opus, aliquando
verò modica agendorum Cathegoria aliquot diebus expediri possunt,
proinde hac in materia statutum esto: Capitula Generalia tantum
durare debere, quantum negotia emergentia et resolutione indigentia

postula
⊙

postulaverint. Si vero aliquod negotium considerabile in Capitulo Generali absolvi, ac ad aliud futurum Generale differri nequiverit, et partialis Capituli facultates excedere videatur, vigor Generalis Capituli ad prescriptum duntaxat effectum reservetur. Et dein negotium hujusmodi in Conventu saltem sex Capitularium expediatur.

Caput VII

De Votis in Capitulo exponendis.

Siquidem quod omnes tangit ab omnibus debet approbari, idcirco in materijs majoris momenti omnium et singulorum Capitularium vota exquirantur, que unusquisq; pro suo iudicio et conscientia depromat, servata omni modestia et gravitate. Que vero minoris sunt observationis, facta per Prelatum Presidentem propositione, et sensus quem desuper concepit, explicatione, poterunt per Verbum = Placet = expedi. In exquirendis autem Singulorum sentimentis, si aliquando et majori et seniori parti Capituli visum fuerit, poterit prudens Prelatus Presidens ab inferioribus vota hujusmodi exordiri, precipue si presumatur, quod hi. Auctoritate majorum moti, sententiam ipsorum contra proprium dictamen sint secuturi. Porro si in materia aliquam Personam Capitularium tangente, vel ad eam quomodocumq; interessata votandum venerit, is cujus negotium ventilabitur, vel interesse Personae ei conjuncte tractabitur, dabit deliberationi locum per suum ad extra recessum

Caput VIII

De Conclusionibus seu Decretis Capitularibus.

In negotijs, que omnium calculum requirunt, non potest Conclusio Capitularis, praesertim illa, que vim Decreti Capitularis

omnes



omnes obligantis sit habitura firma subsistere, si unus et alter ei contradicat, modo cum ratione et Juris fundamento. In alijs vero Cathedralibus habenda est ratio majoris et sanioris partis Capituli seducta tamen fraude et dolo, alias liberum esto contra hujusmodi Conclusionem protestari, quod Secretarius Capituli annotare teneatur. Universa vero et singula Decreta postquam formata fuerint, publice perlegantur, et si quis rationabilem aliquam causulam, vel terminum apponi desideraverit, audiatur; Terminarium vero hujusmodi Conclusionum in fine Capituli per Prelatum Presidentem subscribatur, et dein in volumen Actonum descriptum, in futuro Capitulo Generali sub eorum lecturam per unum ex Capitularibus confrontetur, seu collationetur.


Caput IX

De Secretario Capitulari.

Expediit pro ratione decentia et gravitate, ut ea quae in loco Capitulari peraguntur, non sint lippis et tonsoribus nota, stricti vero secreti obligatio in eo sita esto, quando Prelatus Presidens secretum servandum indixerit, quod quicumque violaverit, noverit se perjurum fore, id tamen secretum frequentius et sine causa non imponatur, quam duntaxat in materia Ecclesiae et Capituli indemnitate, vel alicujus Personae honori aut fortuna praepjudiciosa. In eo vero consultantes Prelati et Canonici Capite praesenti obstringuntur, ne quispiam eorum extraneis revelet, quale votum quis dederit, favorabile an contrarium interesse habenti, cum ex tali revelatione ordinariè odia pullulant, et indignatio concipitur, quandoque contra justè et secundum conscientiam et Legem votantes.

Caput X.

De Decretis Capituli non retractandis.

De Junis


De Juris regula, quod semel placuit, amplius displicere nequit. Quapropter Decreta Capitulorum Generalium semel deliberate condita et prolata, absq; gravibus causis revocare aut retractare nefas esto. Verumtamen si pro evidenter meliori bono, vel ex ratione ponderosa ea explicari, circumscribi, aut simpliciter revocari expedierit, id non fiat praterquam in altero Capitulo Generali, et de omnium Consensu, nemine ut dicitur contradicente, etsi quempiam ex Capitularibus tangit, eo protunc ex Capitulo secedente.

Caput XI

De Presidentia in Capitulo.

In absentia primi Prelati, presideant Capitulis ceteri secundum sue Dignitatis seu Personatus turnum, in defectu vero Prelatorum et Dignitatum etiam Canonici juxta suam antianitatem, dummodo tamen in Sacris sint, quod tam de primo Prelato, quam reliquis Dignitatibus et Canonici intelligi debet. Si autem hoc Statuto a Presidentia excluduntur, qui rationibus Capituli sunt obnoxij, vel alias omnino ad eam inhabiles judicantur, quod ex votis Capitularium dependebit. Procurator Canonicus si sit in senio, a presidentia non est removendus, nisi in materijs Procuratoriam respicientibus, pariter etiam Canonicus Procurator, si prerogativa antianitatis polleat, presidere poterit, non tamen tunc, quando deficiente Substituto ejus, Capituli Notario, ipse per se, munus Secretarij exercere debet, quia hoc cum Presidentia est incompatibile.

Caput XII

De Capitulis Partialibus.

Capitula


Capitula Partialia juxta antiquum prescriptum semel in quolibet septimana celebrentur, idq̄ non alio quam die Sabbathi, aut eo impedito die Veneris precedenti. In quibus negotia tractentur Ordinaria et leviora, aut ea que moram non patiuntur, in expectando Capitulo Generali, idq̄ provisionaliter tantum et sub ratihabitione Capituli Generalis. In his examinari debent presentie et carentie DD^m Residentium, et punctatura subscribi. Distributiones septimanales expediri, et si que negotia per Capitulum Generale, sunt Partiali commissa; executioni demandari. Ad-hac si quidpiam circa instantaneam Ecclesie et ei annexorum reparationem necessarium fuerit determinari, dummodo de extruenda aliqua de novo fabrica nihil statuat. In defectu vero premissorum, si Sessio Capitularis nihil quidquam ad agendum habuerit, eo casu in vim consultationis, aliquot Capita presentium Statutorum perlegantur, idq̄ ne ob carentiam materia ullo unquam tempore Capitula Partialia in desuetudinem abeant.

Caput XIII

De Actis Capitularibus.

Acta Capitularia exempto antiquitatis in volumen transcribi solita, exacte compilentur, et in archivo Capituli conserventur, nec cuiquam alteri, preterquam Prelato, aut Canonico Residenti, qui ea legere voluerit extradantur, et quantocypus recipiantur. Quorum Compilator et Conservator ex Officio suo erit D. Canonicus Troustos, sive cum ejus attendentia substitutus suus Notarius Capituli et Secretarius. Qui etiam Terminarium eorundem Actonum tamdiu conservabit, donec in Capitulo Generali subsequente lecta

dum
①

et cum eodem collationata fuerint. Porro in extrahendis hujusmodi Actis prudens semper animadversio habeatur, ne cupiam in prejudicium Ecclesie, vel Capituli, aut Personae Capitularis extrahantur, in negotiis vero majoribus extractus ex Actis non aliter nisi cum Consensu Praelati vel Canonici Residentis, et non nisi habenti Jus extractum aliquem petendi, concedantur.


Caput XIV

De Bonis et Proventibus Fabricae Ecclesiae
Bona Villa Zabno ex antiquo habentur pro Patrimonialibus Fabricae Ecclesiae, cui presenti Statuto annectuntur etiam Bona Villa Opoczka, cum adjuncto proventu ex annis Gratiae post cessum vel decessum Praelatorum et Canoniorum, ac alio sparsim in Statutis et Decretis Capitularibus, assignato, sacrosancti cavendo, ne redditus eorum in alios quam Fabricae Ecclesiae usus convertantur, tollendo antiquiorem consuetudinem ut aliquid ex ijs possit in consolationem impendi.


Caput XV

De obligatione sextam partem Proventuum de Praebendis solvendi.

Quoniam ad praesens Fabrica, ac distributionibus quotidianis, aliunde sufficienter est provisum, et bona Villa Opoczka, quae antea hac Consolationi Capitularium deservebant, Masse Fabricae Ecclesiae vigore presentium Statutorum, adscribuntur, idcirco anterius Statutum, quo Praelati et Canonici ad sextas partes proventuum fundorum suorum primitivè Masse Distributionum quotidianarum, successivè vero Fabricae Ecclesiae persolvendas, adstringebantur,

taliter


taliter moderationi subijcitur, quatenus eas Praelati et Canonici exigente duntaxat Ecclesiae necessitate, aut ruina, contribuere teneantur, ex praevio Capituli Generalis Decreto, cui saltem major aut sanior pars subscripserit, toties quoties judicabitur expedire, et non alias. Taxa vero hujusmodi sextarum uniuscujusque Praelaturae et Canonicius partium haec servabitur; ut Praepositus pro tempore existens solvat Floren. 100. Decanus floren. 100. Archidiaconus floren. 50. Scholasticus floren. 100. Cantor floren. 100. Custos Floren. 120. Canonici Praebendarum Dwiekozy floren. 150. Zaiaczkowice floren. 70. Kunice floren. 60. Kobierniki floren. 50. Turbia ex reductione Lubriana floren. 40. Reliquae Praebende Canonicales per Decretum Visitationis Lubrianae taxationi Capituli subjecta persolvent Krzozonowska floren. 30. Radoszycka floren. 10. Bielejowska floren. 15. Dziewczeniska floren. 10. Lickarska floren. 20. Mydlowska floren. 10. Penitentiana floren. 5. Procuratoria floren. 10. Canonici utriusque Concionature singillatim floren. 5. Tam vero Praebenda annuli Reginalis postquam dotem sive rehabuerit, sive acquisiverit, moderamini Capituli reservatur. Si vero emergentes Ecclesiae et Capituli necessitates tam essent graves et sumptuosae, ut ipsae sextae partes supra taxatae sufficere non possent, eo casu danda proportione Capitulum ad Octavas et decimas; prout circumstantia postulabit; partes Fundorum solvendas DD. Praelatos et Canonicos obstringet, Decreto suo a saniori parte proferendo, quod Authoritatis Ordinarie firmitate muniri debebit, ut facilius rigor Sequestri; qui in hujusmodi Decretis ordinariè apponendus est, per Procuratorem effectivandus; executioni demandari possit. In talibus insuper Decretis ad octavas vel decimas partes

exburnane


exbursandas obligantibus stringendi sunt Capitulares ad componenda redituum Fundorum suorum annuorum Regestra, eaq̄ vera et realia esse verbō honoris capitulariter asseverare et testari tenebuntur, ut ex huiusmodi registris iusta determinatio fieri valeat, quantum nomine iuncta partis octava aut decima exsolvere debeat unusquisque.

+ Caput XVI

De anno Gratia Ecclesia solvendo.

Antiquo Statuto in viridi semper observantia existente cautum erat, ut Annus Gratia post cessum vel decessum Prelatorum et Canonorum non obstantibus Constitutionibus Provincia libus, pro Fabrica huius Ecclesie solveretur, quod etiam presenti Statuto laudatur et canonisatur, ea ratione, ut si Prelatus vel Canonicus decedit in primis tribus Mensibus anni, annus Gratia his Mensibus correspondens seu quarta pars annuorum Proventuum defunctum titulo anni Gratia concernens Fabrica Ecclesie cedat. Si decedit in secundis tribus Mensibus, quoniam iam medietas proventuum annuorum titulo anni Gratia defunctum spectabit, non tota hac medietas, sed dimidium eius tantum Fabricae persolvi, alterum dimidium defunctum concernere debet. Si in tertijs tribus Mensibus moritur, siquidem morientem tres partes annuorum proventuum concernunt, tertia pars fabricae, defuncto due cedant. Si deniq̄ obit in reliquis ultimis Mensibus tribus, quoniam titulo anni Gratia totum annum proventuum lucratur, ex hoc quarta pars Masse Fabricae exbursari debet, ex quibus omnibus cruceatis

diluade

dilucide constat, quod nomine anni Gratia quarta pars tantum annuo-
rum proventuum cuiusvis Beneficij post morientes ad Massam Fabricae
pertineat, quam partem Illustris Procurator ab Executoribus defuncti,
sive à Successore in Beneficio: si aliquid ex fortuna defuncti in mani-
bus suis habeat, et non alias nec aliter: vindicet, quam si intra annum
non persolverint, si è gremio Capituli sunt, voce activa et passiva ipso
jure priventur, contra extraneos vero actio in Iudicio Ordinario sedulo
instituat. Quod ut exactius et sine difficultate prestari queat, memi-
nerint DD. Capitulares se ad eam dispositionem in Testamentis faci-
endam esse obligatos.


Caput XVII

De Bonis Masse Distributionum quotidianarum
Decretis Visitationum in executionem deductis et Beneplacito
Sedis Apostolicae roboratis, Fundus Canonialis Villae Turbia
pro tribus partibus proventus in distributiones quotidianas Mas-
se Capitulari adscriptus, nec non dos et redditus Beneficij Parochialis
Sandomiriene, et Filialis in Samborze cum Pradio Kamien dicto, ac
Decimis et Censibus Ecclesiae Parochiali servantibus ad eum finem
Beneplacito Apostolico applicati, nec non pensio annua floren. 300
ex Proventibus Custodie noviter resuscitata, cum alijs contingentijs,
naturam Bonorum Masse Capitularis habebunt, eorumque Proven-
tus non ad alium finem et usum, quam pro Distributionibus quo-
tidianis et Consolationibus Capitularium convertentur.

Caput XVIII

De distributionibus quotidianis.

Quoniam dignus est Operarius mercede sua, eo respectu designa-
tus est supra descriptus proventus in quotidianas Distributiones

Procurator



Prelatis et Canonicis residentibus, ac Officijs Ecclesie aduigilantibus, cuius determinatio in singulas Septimanas de anno in annum dependit a Capitulo Generali habita proportione annue importantie et consolationis, venientium pro Capitulo Generali, detractisq; expensis in lites et Conservationem Bonorum erogatis. Quam quidem distributionum ordinarius Dispensator erit D. Canonicus Procurator, Arbitrator autem Capitulum quodvis Partiale, cuius Officij erit praeuio examine punctature contingens septimanale pro unaquaq; Persona ex residentibus moderari, et dispartimentum subscribere, servata re-
titudine, ut nemini inferatur injuria. Quod autem hactenus non fuit determinatum, presenti Statuto declaratur, ex distributionibus ante omnia cedere debere, floren. duos pro Singulis Missis Summis Dno Prelato vel Canonico, qui eas in septimana cantaverit, reliqua quota in aequales sortes pro ratha praesentia dispartita. Ne autem contingat fraudes aliquas committi per fingentes se praesentibus ad effectum lucrandarum distributionum, quod facile evenire posset ex negligentia vel conniventia illicita Punctatoris, idcirco ut talibus maturè medela adhibeatur, presenti Statuto sancitur, Punctatorem juratum omnino esse debere, ut religione et vinculo juramenti obstrictus maiori sedulitate attendat DD^m Capitularum interessentij.

Caput XIX.

De Residentia Prelatorum et Canonicorum.
Quia Beneficium datur propter Officium, et tam Nomen Canonici ex etymo suo importat continuum Ecclesiae obsequium, quam ipsemet Collegiate titulus Cathedralibus quoad suas prerogativas equiparata, et distributiones quotidianas habentis, omnino Prelatos et Canonicos obstringit si non ad continuam, saltem ad jugem

puta.
O

juxta morem Provincia residentiam prestandam. Quoniam vero omnem obligationem servitij, emolumentis, que quispiam percipit, proportionatam esse equitas postulat, ideo in puncto quoque materia presentis habita ratione proventuum Lessonarum Capitularium sancitum est ut Prelati omnes et Canonici Fundorum Dwiekozy et Zaiaczko- wice, veluti in redditibus ditiores, per tres continuas hebdomadas quo- vis anno, Canonici vero reliqui per duas tantum circa Ecclesiam re- siedere teneantur, ita ut, a primis Vesperis Dominice prima Men- sis Septembris turnus Residentialis Dno Preposito currere incipi- at, Sabbatho vero tertia Septimane tempore meridiano finire de- beat, deinde consecutive simili ratione, tam trium quam duarum respective hebdomadarum ceteris Dnis Prelatis et Canonis tur- nus fluat, ut totus anni circulus peragatur, quo residentie tur- nalis tempore debet unusquisque eorum Officij Divinis preses- se, Vesperas Dominicarum et Festorum tam primas, quam se- cundas celebrare, Summas Missas seu Conventuales diebus pre- scriptis canere, et cetera que Officianti Ordinario incumbunt, absolvere et peragere. Quibus autem ob causas rationabiles non erit liberum residentiam turnalem, et ejus munia per se obire, habeant facultatem hanc provinciam per Substitutum unum in medio Capitularium in Actis Capituli inscribendum adimplendi, quo casu Prelati et Canonici duo ad trium hebdomadarum residen- tiam obligati, Capitulari pro se Officiaturo floren 30 Masse Sacri- stie floren viginti, reliqui vero Canonici pro se Officiaturo floren 20 Masse Sacristie floren 10 persolvere omnino contemporanee inscri- ptioni Substituti tenebuntur. Quod si quempiam Capitularem adeo dura cervicis esse contigerit, ut nec per se residere, nec Substi- tutum legitime inscriptum habere curaverit, talis ad mulctam Floren centum Decreto Capituli sive Generalis sive etiam Partia- lis condemnatur, quam nisi intra sex Menses a prolatione Decre-




ti realiter ad manus Illustris Procuratoris enumerari fecerit, ipso facto duplum persolvendi obligationem contrahat, ad effectumq; huiusmodi floren. 200 repetendi, Sequestrum proventuum condemnati relaxetur, quò mediante Illustris Procurator prædictum duplum vindicet, et quo floreni 50 pro absente Officianti, reliquum Sacristia cedat, si vero ante lapsum sex Mensium priorem mulctam florenor. centum exbursaverit, florenos ex illa 40 Officians, reliquum Sacristia percipiat. Quia vero consentaneum est, ut primo accedentes ad gremium Capituli, speciale obsequij erga Collegiatam exhibeant specimen, præscriptum antèrius innovatur, quatenus noviter installati quasi tempus probationis explendo ad residentiam continuam huic Collegiatæ præstandam per tres Menses à die Installationis suæ absq; interruptione continuandam teneantur, et alias ab hoc onere liberi non censeantur, nisi Masse Sacristie floren. octuaginta persolverint, qui vero hanc mulctam luere noluerint, Substitutos suos pro Mense vel Mensibus ex mutua conventionè quomodo libuerit consolandos in Actis Capitularibus inscribendi libertate gaudeant, quo casu Masse Sacristie tantum floren. 20 enumerare sint adstricti. Per hanc verò trimestrem noviter Installatorum residentiam, series tumorum supra descripta nullatenus ladi, aut confundi poterit, sed una independentè ab alia perpetuam et continuam observantiam habeat.

Caput XX

De modo lucrandi Distributiones quotidianas.

Distributiones quotidianas ut aliquis Prelatus vel Canonicus lucrari possit, necesse habebit Ecclesiam Collegiatam singulis diebus in habitu Canonicali, idq; sub tempus Divinorum Officiorum

visitare


visitare, Festis autem ad populum celebribus et Dominicis diebus
Processioni si peragatur, Missæ Summæ, Concioni, ac Solemnibus Ve-
speris interesse, stallumq; occupare, Processionibus omnibus de præscri-
pto Ritualis in anno peragi solitis, ac de novo indicendis, nec non ma-
tutinis in Festis Nativitatis, ^{Dñi} Hebdomada S^a Resurrectionis, Pen-
tecostes, Corporis Christi, et Festivitatibus B^æma^e V^æ Mariae et
O^{om} Ssm item Officijs Divinis in die Commemorationis omnium
Fidelium Defunctorum assistere, alioquin distributiones non faciet suas.
Capitulares tamen infirmi ex residentibus, vel Jubilatione legitima ob-
prestitum Ecclesie 40. annorum obsequium à Capitulo privilegiati, si
tamen actu resideant, aut etiam negotijs Capituli sive Sandomiriae oc-
cupati, sive alio missi et delegati, tum et Canonicus Procurator pro-
terunt ex ijs participare, quamvis præmissa non adimpleverint, sed
re prius in Capitulo saltem partiali discussa, ita ut Canonico
Procuratori, nisi sit penes Ecclesiam residens, aut defacto ob ne-
gotia Capituli peregre profectus, hujusmodi distributiones non
currant. Illustres Canonici Concionatores eo Festo vel Domini-
ca, quo vel qua in Collegiata prædicaturi sunt, ab interessendo pri-
mis Vesperis quamvis Solemnibus, et toti Devotioni matutina etiam
supra specificatis diebus, liberi censeantur, nihilominus pro præsen-
tibus ad effectum consequendarum Distributionum habeantur, Illu-
stris quoq; Penitentiaris diebus Festis et Dominicis ante meridi^m
eo tempore, quo reliqui in Stallis esse debent, Sedem Confessiona-
lem occupans, præsens censeatur. Illis Archidiaconus actu
Visitans, nec non quilibet Illustris Capitularis ab Officio Generali
Ordinario, non ad instantiam partium, sed ad instantiam sive Pro-
motoris Fiscalis, sive motu proprio Judicij ad Inquisitiones expedi-
endas, sive alium quempiam actum cito transitorium et longas mo-
ras non requirentem peragendum destinatus, tum unusquisque

Capitul.

Capitularium, neminem excludendo, in aliqua Ecclesia Sandomi-
nie consistente; visitata tamen Ecclesia Collegiata, et facto verbō
cum Capituli Praside pro tunc presente;) predicans, vel solemniter
celebrans, similiter qui ex Ecclesia et Stallo tempore Divinorum
Officiorum ob graves et rationabiles Causas cum venia Presiden-
tis et expressa facultate evocantur; dummodo tamen in premisis
omnibus nulla fraus et dolus interveniat, qui iniquis et dolosis
participatoribus patrocinari nequit, quin ad restitutionem immerito per-
ceptorum in Conscientia obstringantur;) pro actu presentibus et inter-
sentibus ad lucrandas distributiones haberi debebunt, ultra specifi-
catos casus ex quacumq; causa ab Ecclesia, sive Divinis abessenti-
bus, distributiones nullatenus currant, nisi ex aliquo novo et ad pre-
sens non previsto emergenti aequitas postulaverit alicui per Capitu-
lulum Generale tantum currentiam Distributionum pro brevi tem-
poris intervallo absentia, sed in veram ac realem Collegiate uti-
litatem impenso adjudicari, quo tamen casu injunctum sit DD^s
Capitularibus, ut nullius affectionis privata motu, sed secundum
Deum, ^{et conscientiam} Justitiam, sentiant et procedant. Quemadmodum porro
prasens Collegiata post Cathedralē inter Ecclesias Diocesis hu-
jus prima eminet, ita consentaneum est Capitulares ejus ad instar
Cathedra Mensibus Vendemiarum et Amiconum gaudere. A Festo
igitur Visitationis B^gsm^e V^g Mariae, ad Festum S^{ti} Michaelis
quovis annō Menses Vendemiarum currant, quo toto tempore, dummodo
Persona Capitularis Capitulo Partiali Die Sabbathi, ac Divinis
Officijs Dominica interfuerit, si nullum Festum ad populum cele-
bre ea hebdomada incidat, tota hebdomada pro presenti censeatur,
quodsi Festum in ea septimana ad populum celebre occurrerit, et
hac eadem Persona Capitularis, que Capitulo Partiali adfuit,
et Ecclesie in Dominica servitium prestitit, tali Festo non in-

terferent

terfuerit, tunc solummodo hac dies Festiva ipsi pro absentia pun-
tur, pro reliquis vero totius hebdomada diebus pro presenti repu-
tetur. Nullatenus tamen hanc regulam sibi applicare poterunt
Capitulares, tunc ex turno residentes, isti enim toto turni sui in-
tervallo continui esse circa Ecclesiam debent, Menses vero Amico-
rum ita intelligendi sunt, ut videlicet Capitularis, qui per tres
Menses absq̃ ulla interruptione continuam circa Collegiatam pre-
stiterit residentiam, intuitu hujus continuæ trimenstruæ residentie
possit à Capitulo etiam Partiali petere duas Septimanas ex
Mensibus Amicorum, quas ipsi Capitulum verificata trimenstrua
residentia indulgeat, ad effectum, ut per has duas hebdomadas etiam
ab Ecclesia absens distributiones lucrari valeat. Qui vero per sex
Menses absq̃ interpolatione continuam residentiam expleverit, quatu-
or hebdomadas ex Mensibus Amicorum petere et obtinere poterit,
nullus tamen tunc Septimanis Amicorum frui debeat, quando
ad residentiam ex turno præstandam obstringitur, quia hæc turna-
tis residentia ita privilegiata esse censeatur, ut nec Mensibus vinde-
miarum, nec Septimanis amicorum quispiam in fraudem aut
extenuationem ejus gaudere queat.

Capitulum XXI.

De Ceco Participante

Antiquissima consuetudo obtinuit, ut inter Participantes de Distri-
butionibus quotidianis cecus quidam participans numeretur, cui contin-
gens alijs Residentibus aequale qualibet Septimana persolvi, et sin-
gillatim reponi consuevit, quod etiam presenti Statuto innovatur,
hujusmodiq̃ provenientia pro expensis in lites, et vindicationem
Censuum ordinator salvo ejusdē calculo in Capitulo Gñali discutiendo.


+ Caput XXII.

De Locatione et Arenda Bonorum.

Bona Villarum Zabno, Opoczka, Turbia, cum pertinentijs. item Prædium Kamiën dictum, nec non sors Plebanalis in Villa Samborne, quotiescunq; in Arendam dimittenda erunt, negotium huiusmodi in Capitulo Generali definiatur, et Contractus describatur, idq; anticipativè et provisionaliter pro futura seu Nativitatis S^{ti} Joannis Baptista, seu Epiphania Domini cadentia. Ad quam Arendam seu Conductionem bonorum ceteri debent præferibiliores DD. Capitulares, habita ratione senij et plus offerentie, in quantum aliquid aliud non obstat in contrarium, nunquam tam^{en} Illustres Capitulares obtenta in tenutam Bona subarendare poterunt sub pena trecentorum florenorum Masse Sacristie applicandorum, et alijs per Capitulum irrogandis. Casu vero, quo bona aliqua essent in possessione actuali alicujus extranei, sed eximij Oeconomi, tunc Persona Capitularis non poterit: expirante extranei Contractus tenutam dictorum Bonorum repulso extraneo prætere, nisi eadem Persona Capitularis plus offerat, aut etiam ex optima Oeconomia existimationem habeat, idq; idè, ne Bona ex bonis manibus excidant, ac propterea desolentur. Quod si evenerit, ut non subsequuta in Capitulo Generali dispositione, Bona prædicta vacare contigerit, Dⁿⁱus Canonicus Procurator ea in administrationem recipiet, donec per Capitulum Generale aliud fuerit ordinatum, jam vero si quid aliter per Capitulum Partiale statutum fuerit, id totum irritum et inane pronunciatur.

+ Caput XXIII.

De Revisionibus Bonorum tam Capituli

quam Cap.


quam Capitularium et Curiarum.

Nullum remedium efficacius dari potest tam Bonorum quam Curiarum in bono Statu manutenendo quam frequens eorum revisio omnibus Capitulis usitata, que idcirco presenti Statuto velut boni Ordinis nervus et ratio sancitur, si Bona Capituli a nullo Tenentario possidentur, sed per Procuratoriam administrantur, sufficit ut ea ordinariè singulis triennijs formali revisione per duos e gremio deputatos Capitulares comitante Procuratore: qui alias in ipsis frequens esse debet: revideantur et visitentur, extraordinariè vero quoties necessitas et circumstantia aliqua postulaverit, qui quidem deputati Revisores totum et integrum Statum bonorum describere, reparanda connotare, augende importantie media expiscari, de omnibusq; premisis Capitulum informare tenebuntur in scripto, ut omni meliori modo facienda præstentur. Dum vero Bona in tenutam sive extraneo, sive Capitulari dimittuntur, tam circa dimissionem revisio similiter per duos Capitulares fiat, Statusq; integer in scripturam redactus in Archivo conservetur, quam circa expirium Contractus Tenentarij, ad effectum verificationis Status et Inventarij, sacrosanctè practicetur, idq; etiam si aliquis Tenentarius complures annos vigore prorogationum triennalium Bona possideret, ante quamlibet prorogationem eadē Bona omnino revideri debent. De Bonis autem particularibus Personarum Capitularium et Curijs sequens lex esto: quolibet anno in Capitulo Generali constituantur Revisores Bonorum seu Fundorum et Curiarum, Prelatorum et Canoniconum quatuor, qui in annos plures confirmari poterunt, sed nova quotannis constitutione, horum Revisorum unum quilibet Prelatus et Canonicus fundum terrestrem et Curiam habens intra annu

à die

Ⓞ

à die Installationis sue computandum): sub pena centum flor.
Masse Sacristie persolvenda, ad quam exigendam renitentium
fructus et proventus sequestrare Illustri Procuratori concedi-
tur: ad Fundum et Curiam suam conducere tenebitur, qui condu-
ctus Inventarium in forma, id est cum enuntiatione aedificiorum,
supellectilis, limitum, Colonorum, latifundiorum, importantia, to-
talemq; Statum Bonorum sive Curie exade describet, reparanda
et injungenda observabit, singulaq; in Scripturam digesta Capitu-
lo presentabit, ut ipsi perpersis et consideratis Decreto suo Posses-
ori Fundi et Curie revise ea imponat, que imponenda ac incul-
canda judicaverit, terminum adimplerioni eorum prefigendo, Sta-
tusq; descriptus in Archivo conservetur, multiplicem utilitatem
allaturus, ex eo enim de Inventarijs Fundorum, et de importantia
liquido constabit. Ut autem Capitulo constare queat, de subsecuta
infulcatorum Decreto suo adimplerione, intra annum ab elapso
termino per Capitulum prefixo computandum, Possessor Fun-
di et Curie iterum unum prefatorum Revisorum conducat,
ad verificandam Decreti Capitularis executionem, quam re-
ipssa prestitam conductus Revisor Capitulo referet, ut congru-
is cumuletur laudibus, quodsi vero dictus Possessor intra annu-
m ab expirato termino sibi assignato eundem Revisorem non condu-
xerit, ipsemet Revisor ex quatuor unus ad infulcationem Capi-
tuli etiam Partialis teneatur ad Fundum vel Curiam descende-
re, indagareq; de subsecuta precommissorum effectuacione, qua-
si re ipsa repererit, pro tunc Possessor a quavis penalitate li-
ber existat, sed duntaxat viales Revisori refundere tenebitur,
si vero Decretum Capituli non adimpletum observaverit, illius
facta relatione, Capitulum sequestrum omnium proventuum


decernat

decernat, quod statim Illustris Procurator ad effectum deducat, redditus quosvis renitentis apprehendat, ex illisq; ad implementum Decreti Capitularis fieri curet, tam diuq; eos in sequestro teneat, quousq; omnia per Capitulum injuncta non effectuaerit. Quod si aliquem Possessorem mors ita praevenit, quin Decretum Capituli adimplere potuerit, cum ejus Executoribus Illustris Procurator pro vindicandis necessarijs impensis agere satagat, Capitulum nihilominus summa prudentia in talibus uti meminerit, non praegravando Possessores, aut tanta imponendo, quae integros proventus Fundi absumerent, alias frequentibus ad Sedem Ordinariam recursibus et querelis contra se occasionem daret.

Caput XXIV.

De Officio Procuratoris.

Electio Procuratoris, Generali tantum Capitulo reservata esto: qui temere, nisi ratio gravis eum excuset, non debet Officium dedignari, et si per triennium, salva quolibet Anno relectione, munus hoc sustinuerit, amplius nisi ipse consentiat, non debet molestari, cujus Officium erit Proventus et redditus omnes Ecclesie et Capituli percipere, Bonorum, in quantum locata non fuerint, curam gerere, subditos in Officio retinere, renitentes punire, et si à Tenentijs opprimantur, eosdem defendere, Causas et Actiones Capituli, in quovis Foro et subsellio curare, distributiones inter Residentes partiri, Fabricae Ecclesie et ejus necessitatibus providere, modo nihil de novo sine Decreto Generalis Capituli edificet, Censuram universos vindicare, et eos ad mentem Foundationum distribuere, Decimas exigere, Chorus Musicorum ut in numero competenti conservetur, attendere,

et


et ipsdem salaria singulis quartualibus persolvere, in omnibus ve-
ro prout bonum Dispensatorem et fidelem Oeconomum decet, res
Ecclesie et Capituli administrare. Pro quo nomine gratitudinis
annuatim percipiet flore ducentos, ultra mercedem à Dño, et grata
memoriam à Capitulo. Insuper in adiutorium laboris concedit
ei Vic. Procurator unus ex Clero Ecclesie magis idoneus, modo
non Vicarius, qui salarij nomine habebit flore 100 in singu-
los annos.

Caput XXV.

De Censibus

Cum plures Summe Capitales super varijs Bonis in Cen-
sum annuum reemptionalem locata, et ad diversos fines huic Ec-
clesie sint adscripta, statuatur ut huiusmodi Summarum Capiti-
talium cum suis censibus tabella exacte per suos titulos et Fundatio-
nes descripta, in Capite libri rationum de Censibus retineatur,
et singulorum importantia una cum retentis, nec non eorum distri-
butio in calculo Procuratoris examinetur. Quod si aliquam Sum-
mam Capitalem in alia Bona transferri contigerit, ex tunc in pre-
dicta tabella posterior locatio transcribatur. Ipsa autem translatio
Summe non alias, quam mediante Decreto Generalis Capituli ad-
mittatur.

Caput XXVI.

De Thesouro et Deposito Capitulari.

Ut secundum providum antiquitatis usum pro casibus con-
tra Ecclesiam et Capitulum ingruentibus notabile aliquod pecu-
niarum depositum in thesauro semper habeatur, sancito presenti
ordinatur, quatenus quam primum Summa aliqua notabilior ex
varijs Ecclesie proventibus corradenda compiletur, et in depositarium

arca ferrea eo nomine comparata, et in gazophylacio Ecclesie locanda immittatur, eiq; singulis annis aliqua itidem Summa ex Decreto Capituli designanda, et in registro specificanda adiciatur, singulisq; Capitulis Generalibus revideatur, verificetur, nec unquam, nisi in gravissima Ecclesie necessitate, et ex praxio Capituli Generalis Decreto aliquod inde deprimatur. Clavis vero duplex ab huiusmodi arca, altera penes Procuratorem, penes Prælatum aut Canonicum Seniore[m] ex residentibus altera, custodiatur

× Caput XXVII.


De Depositorio Proventuum Ordinario.
Licet D. Canonicus Procurator sit generalis Depositarius seu Bursarius Proventuum Capitularium, non ideo tamen licitum erit illi notabilem pecuniam Capitularem undecumq; collectam penes se, aut domi sua retinere, sed in deposito Ordinario gazophylacii Ecclesie, idq; ideo, ne casu aliquo interveniente periculo damnificationis exponatur res Ecclesie, multo magis non erit illi liberum ad tempus etiam breve, sub pena privationis vocis active et passive, alienum depositum in eodem thesauro Capitulari suo arbitrato conservare. Personarum Capitularium deposita suscipi poterunt, rarissime vero idq; de Consensu Capituli sive Generalis sive Partialis, et ubi nullum timebitur periculum, etiam extraneorum, infaustra tamen consequentia ex huiusmodi depositis persepe pullulantes onerabunt Consuetas DD^m Capitularium, ne se facile ad annuendum recipiendis extraneorum depositis dispen-

sent

× Caput XXVIII

De conferendis Beneficijs ad Capitulum

spectant



spectantibus.

Quoniam ad electionem et Collationem hujus Capituli spectant nonnulla etiam de gremio Beneficia, ut Archidiaconatus, qui de Bulla Leonis X et plusquam centenaria ac non interrupta possessione semper fuit et est electivus, item Canonatus utriusq; Concionature, nec non Penitentiaria, ac etiam Procuratorie, ultra alia inferioris Ordinis, idcirco quoties unum ex istis post cessum vel decessum vacare contigerit, tempore Capitulo Generali proproximo Electio et Presentatio eidem Capitulo Generali salva manebit, sin vero remotiori tempore idest tribus Mensibus ante cadentiam Capituli Generalis hujusmodi vacatio acciderit, ad evitandam devolutionem Juris presentandi, vigore Statuti antiquioris expedientur in Capitulo Partiali. Littere indictionis Capituli quasi Generalis, cum termino 30 dierum, ad effectum convocandi DD^s Capitulares & saltem viciniores, et si Canonatus Concionature vacet, etiam invitandi concurrere volentes, et postmodum in cadentia termini Electio peragetur. Quo ad Electionem Archidiaconi indictio Capituli Authoritate solius Sedis Ordinariae; et nullatenus Capitulari; fiet, imò etiam in Capitulo Generali actu consultante, Archidiaconi Electio absq; praefixione diei eligendi per eandem sedem Ordinariam facienda, nequibit celebrari. Porro inferiora Beneficia quae Collationi Capitulari subordinantur, liberum erit Partiali Capitulo cui voluerit conferre, habita tamen ratione Personarum de Ecclesia Collegiata beni merentium. Praesertim vero ad Mansionarias non presententur concurrentes nisi ultra qualitates per leges requisitas, pectore firmo, voce forti, et Sonora, cantusq; scientia insigniter praediti sint.

Capitulum XXIX.

De modo eligendi ad haec Beneficia.

Antiqua

Antiqua praxi Sedes Ordinaria ad Archidiaconatum hujus Ecclesie vacantem consuevit duo Subjecta è gremio hujusce Capituli non vero extranea, quod hactenus fuit observatum, nominare, eaq̃ pro Candidatis proponere. Liberum igitur manebit Capitulo unum ex his duobus eligere, ac deinceps presentare, sed ad alios reliquos ut supra Canonatus, plenum Jus et independens soli Capitulo competit. Quoad Canonatus utriusq̃ Concionature ex Concurrentibus et habilitatem per Conciones probantibus unum eligat, qui magis idoneus et Ecclesie utilis esse judicatur. Quod de Canonico Penitentiario, excepta probatione pariter est tenendum, nihilominus constare debet Capitulo presentandi Penitentiarij solida Theologie scientia, ne in illam Jus impingat regulam, quod Patronus Ecclesiasticus indignum presentans, pro illa vice amittit Jus Patronatus. Cujus quidem Penitentiarij presentati oni de Jure Electionis subscribere etiam debet Spectabilis Proconsul Civitatis Sandomiriens. Sed cum de Canonico Procustode agitur, cujus Canonatus plures habere solet Competitores, attendat Capitulum, ut talem eligat, de cujus Fide, et dexteritate multum confidat, et qui continuam penes hanc Ecclesiam Collegiatam facere possit et debeat residentiam. In omnibus autem hujusmodi Electionibus servabit prescriptum S. P. m. Canonum, ut non ex pluralitate, sed ex duabus tertijs Votorum, Electio condu datur.

Caput XXX.

De Officio Canoniorum Concionatorum.

Cum honori et utilitati hujus Ecclesie Collegiate satis provisum esse dignoscitur, quod duo Canonici Concionatores ad onus predicationis sunt instituti, qui alternis Mensibus concionari teneantur, studeant provide egregiam in sua professione operam Ecclesie

manere

præstare, amulantes ad invicem charismata meliora, Ipsiq; per se, et non per Substitutos: nisi ex causa gravi per Capitulum Partiale approbanda aliud tolerandum esset: concionentur, dum enim unus eorum infirmatur, vel aliquo legali detinetur impedimento, alter alterius onera portet, salva compensatione mutua. Nam si in suo munere fuerint notorie negligentes, aut per Substitutos absq; gravi Causa per Capitulum Partiale approbata prædicationis munus absolverint, quacunq; id fecerint Septimana, sciant se distributionum illius Septimane non esse capaces, etiamsi aliunde pro Residentibus censeantur, neq; etiam præsentiam lucrabuntur, si non adimpleverint ea, quæ de modo lucrandi distributiones præscribuntur.


Caput XXXI.

De Officio Canonici Penitentiarii.

Quia ad normam Ecclesiarum Cathedralium etiam hæc Collegiata Canonium Penitentiarium novissimis temporibus fundatum habet, Officium Episcopi non debet esse otiosum, quod ipsum ex rei Erectionis stringit ad Confessiones Fidelium excipiendas non tantum Dominicis et Festis diebus, sed etiam Ferialibus, quibus occupare tenetur Sedem Confessionalem, unde si hoc non fecerit, pro præsentate in Ecclesia non reputabitur, quod si aliquo die Festo vel Dominica Confessionale non intraverit, dimidia septimane refectionibus careat. Ut vero non tantum Stallo, sed etiam Jurisdictione ab alijs Presbyteris approbatis distinguatur, curet semper, ut Facultatibus absolvendi à Casibus etiam Sedi Apostolica reservatis sit præditus.

+ Caput XXXII.

De Officio Canonici Procustodis.

Procustos


Procurator Canonicus ex antiquo in hac Ecclesia cura Custodis funda-
tionem ejus providentis, et Capituli beneficentia concurrente constitutus
eo fine, ut Custodis in omnibus circa Ecclesiam vices gereret, necesse
igitur est, ut sit in suo Officio exactissimus, potissimum circa ea, que
ad custodiam Sacrarum, nitorem Altarium, et Sacrorum paramento-
rum conservationem spectant, cum adiutorio Vicarij Vice Custodis,
cujus et ipse attendentiam habeat. Illius etiam munus esto, Ordi-
ni celebrandorum Divinorum Officiorum et regularitati pulsum
adrigilare, vinum et azymos panes ad Sacrificia subministrare,
de cera vero et sevo pro lampade coram V. Sacramento assura-
sumptu Capituli providere, Clausuram Ecclesie et Sacrarum, nec
non custodiam de nocte curare, ad quod Officij, ipsius Jurisdic-
tioni et imperio subjacebunt Sanctuarij huic Ecclesie deservientes,
quos ut commodius ad obsequia Ecclesie disponere valeat, juxta an-
tiquum usum unum Sanctuarium semper ad latus habere debet,
per quem mandata sua ceteris intimet, sicut tamen reliquis San-
ctuarijs, ita nec isto ad latus suum semper manente ad propria ob-
sequia utetur, sub animadversione Capituli. Quia vero ex vi sua
ad Capitulum admissionis et antiqua praxi retinet nomen et Offi-
cium Secretarij seu Notarij Capitularis, Acta Capitulorum
terminare, eademq; transcribi facere, ac conservare, archivum ac
Bibliothecam sarta tecta^q servare, et Sigillum Capituli custo-
dire, eaq; omnia que ad munus Secretarij Capituli referuntur
gerere et exercere. De Consensu tamen Capituli Generalis pote-
rit habere Substitutum Secretarium Capituli per se salaria-
tum, qui debet esse Notarius Publicus, ac insuper intrando Ca-
pitulum juramentum super secreto servando prestare, per que
promissa omnia titulo Secretarij Capitularis se afficientia cum

propria



propria in omnibus attendentia: alias ipse non suus Substitutus pro quovis defectu si et in quantum conveniente Capitulo est responsurus: exequetur. Quia vero premissa singula adimpleri haud valent absq; residentia, ideo ad hanc circa Collegiatam prestanda Dnus Procurator stringitur, alias saepe et longe absens, prima, secunda, et demum tertia per Decretum Capituli Generalis monitione ad privandum notetur, deindeq; indilate Sedi Ordinarie ad sententiam privationis contra eundem proferendam deferatur. Quamvis autem hucusq; Canonicus Procurator semper ultimum Stallum absq; prerogativa antianitatis occupare solebat, nihilominus quia justum est, ut tantam negotiorum molem, quanta ei incumbit, sustinens, ceteris Capitularibus quoad omnia coaequetur, presenti Statuto in futurum ad consequendam antianitatem et ceteras prerogativas reliquis Capitularibus competentes admittus esse pronuntiatur.

Caput XXXIII


De Coadjutoribus Dignitatum et Canonorum.

Cum omni fere tempore Collegiata haec Coadjutores sive Dignitatis aliaque, sive Canonatum habere soleat, omnino necessarium est, ut legibus quoq; illos respicientibus polleat, ne in harum defectu dubia, et identidem Scandalose disceptationes pullulent. Sanatum igitur esto: Coadjutores Dignitatum et Canonorum absentibus Coadjutis, Choro, Processionibus, Anniversariis, ac omnibus generaliter Officiis intersentes, distributiones ac quovis emolumenta titulo promissionum obvencientia in utilitatem suorum Coadjutorum: si tamen isti circa Ecclesiam resideant, vel aliunde participationis distributionum, ac emolumentorum incapaces

non cessant



non existant, nec alias nec aliter / lucrari debere, verum cum in
hac Ecclesia omnes Prebende censeantur esse Presbyterales, ex quo
omnibus Dignitatibus et Canonis in turno residentiali onus can-
tandarum Missarum inhareat, proinde ad effectum predictas di-
tributiones et emolumenta lucrandi eosdem Coadjutores, Presbyte-
ros esse oportere. Coadjuto infirmo, non valente, vel ob quam-
cumq; Causam, etiam Substitutionis, ad interessendum per se non obli-
gato, circa Ecclesiam tamen residente, Coadjutorem Presbyterum
Sandomiriae existentem, stricto jure Ecclesie inservire teneri,
si nihilominus servitium non prestiterit, Distributiones Coad-
juto / dummodo nihilominus idem Missas et alia ex turno
sibi incumbentia Officia per alium absolvi faciat / punctan-
das non esse. Coadjutorem vero prefatum Presbyterum San-
domiriae existentem pro Coadjuto in casibus specificatis obse-
quium prestare culpabiliter negligentem, Capitulum etiam
Partiale ad mulctam pecuniariam Massa Sacristie applican-
dam condemnet, in quota proportionata emolumentis, que in
utilitatem Coadjuti, servitium prestando, lucratus fuisset. Coad-
jutore autem absente, vel Sandomiriae infirmo et nullatenus
servire valente, Coadjutus ipse / nisi ex Capite itidem in-
firmitatis, aut privilegii personalis ab interessendo per se
immunis existat / ad effectum lucrandarum Distributionu
per se inservire obligabitur. Coadjutores Dignitatum in
Sacris existentes, absentibus Coadjutis, in Stallis propri-
is Dignitatum sedebunt, Minoribus vero tantum initiati,
post omnes Capitulares actuales ante Coadjutores Canonico-
rum etiam Presbyteros Stalla occupabunt, servata inter ipsos
met Coadjutores Dignitatum precedentia, Dignitatibus Coad-
juto




propria in omnibus attendentia: alias ipse non suus substitutus pro quovis defectu si et in quantum eveniente Capitulo est responsurus: exequetur. Quia vero premissa singula adimpleri haud valent absq; residentia, ideo ad hanc circa Collegiatam prestanda Dnus Procurator stringitur, alias saepe et longe absens, prima, secunda, et demum tertia per Decretum Capituli Generalis monitione ad privandum notetur, deindeq; indilate Sedi Ordinarie ad sententiam privationis contra eundem proferendam deferatur. Quamvis autem hucusq; Canonicus Procurator semper ultimum Stallum absq; prerogativa antianitatis occupare solebat, nihilominus quia justum est, ut tantam negotiorum molem, quanta ei incumbit, sustinens, ceteris Capitularibus quoad omnia coaquetur, presenti Statuto in futurum ad consequendam antianitatem et ceteras prerogativas reliquis Capitularibus competentes admittus esse pronuntiatur.

Caput XXXIII


De Coadjutoribus Dignitatum et Canonorum.

Cum omni fere tempore Collegiata haec Coadjutores sive Dignitatis alicujus, sive Canonatum habere soleat, omnino necessarium est, ut legibus quoq; illos respicientibus polleat, ne in harum defectu dubia, et identidem Scandalosa disceptationes pullulent. Sanatum igitur est: Coadjutores Dignitatum et Canonorum absentibus Coadjutiis, Choro, Processionibus, Anniversariis, ac omnibus generaliter Officiis intersentes, distributiones ac quaevis emolumenta titulo promissorum obvenientia in utilitatem suorum Coadjutorum: si tamen isti circa Ecclesiam resideant, vel aliunde participationis distributionum, ac emolumentorum incapaces

non existant



non existant, nec alias nec aliter/ lucrari debere, verum cum in
hac Ecclesia omnes Prebende censeantur esse Presbyterales, ex quo
omnibus Dignitatibus et Canonicis in turno residentiali onus can-
tandarum Missarum inhæreat, proinde ad effectum predictas di-
tributiones et emolumenta lucrandi eosdem Coadjutores, Presbyte-
ros esse oportere. Coadjuto infirmo, non valente, vel ob quam-
cumq; Causam, etiam Subilationis, ad interessendum per se non obli-
gato, circa Ecclesiam tamen residente, Coadjutorem Presbyterum
Sandomirie existentem, stricto jure Ecclesie inservire teneri,
si nihilominus servitium non prestiterit, Distributiones Coad-
juto/ dummodo nihilominus idem Missas et alia ex turno
sibi incumbentia Officia per alium absolvi faciat/ punctan-
das non esse. Coadjutorem vero prefatum Presbyterum San-
domirie existentem pro Coadjuto in casibus specificatis obse-
quium prestare culpabiliter negligentem, Capitulum etiam
Partiale ad mulctam pecuniariam Massa Sacristie applican-
dam condemnet, in quota proportionata emolumentis, que in
utilitatem Coadjuti, servitium prestando, lucratus fuisset. Coad-
jutore autem absente, vel Sandomirie infirmo et nullatenus
servire valente, Coadjutus ipse/ nisi ex Capite itidem in-
firmitatis, aut privilegij personalis ab interessendo per se
immunus existat/ ad effectum lucrandarum Distributionu
per se inservire obligabitur. Coadjutores Dignitatum in
Sacris existentes, absentibus Coadjutis, in Stallis propri-
is Dignitatum sedebunt, Minoribus vero tantum initiati,
post omnes Capitulares actuales ante Coadjutores Canonico-
rum etiam Presbyteros Stalla occupabunt, servata inter ipsos
met Coadjutores Dignitatum præcedentia, Dignitatibus Coad-
juti




ad iuris competente, presentibus itidem Dignitatibus Coadiutoribus
Coadiutores earum etiam Presbyteri, post omnes Capitulares actu
ales, jam autem Canonorum Coadiutores tam presentibus quam
absentibus Coadiutoribus, sive Minoribus tantum, sive etiam Sacris
initiati novissimum semper in Stallis occupandis locum tenebunt,
servata inter diversis Ordinibus insignitos ex vi majoris Ordinis,
inter uno autem eodemque Ordine praeditos, ex prioritate Installati
onis seu antianitate profluente praecedentia. Omnes Coadiuto
res tam Dignitatum quam Canonorum, dummodo in Sacris
sint, tam absentibus quam presentibus Coadiutoribus, Capitulo in
teresse posse, et absentibus quidem Coadiutoribus, vocis active et pas
sive capaces existere, sola dempta praesidendi Capitulo praevo
gativa, qua Dignitatum (primam quoque includendo) Coad
iutores etiam Presbyteri gaudere nequeant, sed haec ad inferio
rem praesentem Dignitatem, vel Canonicum Seniores pertine
at, salva Coadiutoribus Dignitatum post locum praesidentiae
in sedendo praecedentia, respectivis Dignitatibus Coadiutoribus pro
pria. Presentibus vero Coadiutoribus absque voce activa, ut duntaxat
negotia Capituli pernoscant, Capitulo interesse valeant, quo casu
modum et ordinem sedendi supra pro Stallis praescriptum observa
re teneantur.

+ Caput XXXIV

De Archivo, Juribus, Privilegiis, Bibliotheca
Ecclesiae Inventario Sacrarum et universae Sacrae
Suppellectilis.

Secretarii Capitularis appellatio importat Cancellarium seu Archi
vistam, ideo Custodia Archivi et Bibliothecae universorumque Jurium

et Privilegiorum



ac Privilegiorum tam Generalium totius Capituli, quam cuiusvis
Prebende Canonialis Particularium D. Procustodi demandatur:
et de Bibliotheca quidem Statutum esto: ut Inventarium omnium
Librorum unum in thesauro Ecclesie, alterum in manibus Cano-
nici Procustodis servetur. Libri ex Bibliotheca Capitulari omni-
bus Pralatis et Canonicis commodari; non tamen extra Civitate
fferendi; poterunt, sed eos accipientes, debebunt se in libello ad id
comparato subscribere, quod talem librum commodatum habeant,
taliq; termino eundem restituent, adveniente termino Libros pra-
sentabunt, et vel eos restituent, vel si longiorem eorum usum habe-
re velint, iterum se subscribent tali termino restitutos, et sic dein-
ceps. Illustres vero Concionatores et Penitentiarius, quamvis simili-
ter se subscribere in praedicto Libello teneantur, terminum tamen re-
stitutionis praefigere non erunt adstricti. De Juribus autem et
Privilegijs, quorum Inventarium studio et sumptu Capituli ad presens
est registratum, ut Capitularia in Archivo, Particularia vero in re-
positorio consueto juxta fundos et Prebendas serventur, et quandoque
necessitate exigente depromentur, ut intra annum sub pena suspen-
sionis ab ingressu Ecclesie comportentur, ordinatur. Dno Canoni-
co Procustodi, ne in posterum ea absq; cautione de restituendo intra
annum extradat, sub pena decem marcarum inhibetur. Jam vero
de Inventario Sacrarum et univrsae Sacrae Supellectilis Statutum
esto, ut unum ejusdem Inventarii exemplar in thesauro seu de-
positorio Capituli, prout supra de Bibliotheca dictum est, alte-
rum penes Dm Canonicum Procustodem servetur, et in Generali
Capitulo saltim singulis triennijs revideatur cum annotatione
accessus vel decessus, sub onere consuetudinis totius Capituli, quod
pariter observetur circa Inventaria inferiorum Communitatum.
Quidquid vero ad Sacrarum comparari, vel reficere necesse

fuerit



fuerit, in singulis Capitulis Generalibus per Canonicum Procuratorem
innuatur.

+ Caput XXXV

De Officio et Obligatione Sanctuariorum.


Ad obedientiam Dno Canonico Procuratori prestandam obligan-
tur Sanctuarij ex fundatione Serenissimorum Regum Polonia hu-
ic Ecclesie adscripti, quorum munus et onus est antiquissimum, ut Ec-
clesiam noctu diuq; custodiant, eiq; et Sacratio deserviant, non per vi-
as quidem, sed sumptu et impensis suis fovendo continuo duos nativos
Possessionatos, quibus provia exaratione suppellex Ecclesie tuto com-
mitti possit, et pro quibus Communitas Sanctuariorum sit in respon-
dendo, his etiam togas talares providebit Massa Sacristia, ut illis et
superpelliceis absq; manicis induti, circa obsequium Altarium obver-
sentur. Alias cum frequentior eorum numerus ad pulsum Campana-
rum vel aliud Ecclesie obsequium requisitus fuerit, absq; omni tergi-
versatione juxta antiquum usum obedire tenebuntur sub penis a
Perillustri Custode vel Canonico Procuratore, aut his absentibus vel
reusantibus, a Dno Canonico Procuratore infligendis.

Caput XXXVI

De Ordine Devotionis et Ritibus Sacris.

Ad servandam uniformitatem in Ordine Divinorum Officiorum,
et Sacrorum in hac Ecclesia Rituum, statuatur, ut Cursus De-
votionis de die in diem per totum annum exacta observatione
coordinandus in Tabella Sacratio Ecclesie affigenda describatur, et
perpetuis temporibus observetur, ne quolibet anno eundem immutari
contingat, adjectione Processionum, prescriptione Expositionis S^mi,
Thurificationis Altarium, Indulgentiarum, et aliarum particularium

in hac Eccl:



in hac Ecclesia Ceremoniarum sub directione et attendentia Dni
Canonici Procustodis.

+ Caput XXXVII

De suffragiis pro Defunctis Confratribus

Charitate Dei et proximi urgente necesse est, ut ij quos vinculum
mutua Societatis junxit in vita, etiam à Socijs suffragium sua-
rum expectent animarum post mortem. Proinde Statuto perennis
memorie sancitum esto, ut defuncto aliquo ex Prelatis vel Cano-
nicis hujus Collegiate, à prima statim, dummodo certa notitia
Campane omnes Ecclesia per tres dies continuos temis quoti-
diè vicibus pulsentur, et pro anima Defuncti Officium Defun-
ctorum trium Nocturnorum cum Laudibus et Missa cantata
ut in die obitus seu depositionis defuncti, per Dnos Canonicos
residentes cum Vicarijs et alijs Communitatibus | gratis, si id
tenuitas Substantia defuncti exposcat, alias salva congrua o-
mnibus Consolatione | absolvatur, Eiusq; anima saltim semel
pro Concione Orationibus Fidelium commendetur. Quilibet au-
tem Prelatus et Canonicus per Dm Canonicum Procuratorem
avisandus tres Missas lectas per se vel Substitutum Presbyterum
pro anima defuncti Confratris absolvere teneatur gratis pro Deo
et Charitate fraterna

+ Caput XXXVIII


De Anniversarijs

Anniversariorum, que in hac Ecclesia ex suis Foundationibus
celebrari consueverunt, habeatur Catalogus in Tabella Sacratio
affixa describendus, per Menses assignata unicuiq; die Mensis

propria, ex mente Fundatoris suae determinatione Sedis Ordinariae, usque in Capitulis Parochialibus singulis Mensibus revideatur, ut omnibus innotescat, et suo die praescripto, nisi sit impeditus, quolibet Anniversarium indispensabiliter absolvatur, cum enim Anniversaria hujusmodi praecipue lucrosa anticipare vel differre non liceat, statuitur, ut si quando fraude et dolo processum fuerit, Authores circumventionis distributione et hujusmodi Anniversariis priventur, illaque inculpabiliter pro tunc absentibus applicatur. Ne vero in post controversijs locus detur, disceptando videlicet, cui parti Anniversarij Capitularis adesse debeat, ut praesens esse censeatur, praesenti Statuto determinatur, eos dumtaxat pro praesentibus habendos, qui saltem tunc in Ecclesia reperiantur, quando ultimus versus Invitatorij canitur, serius venientes ad participationem distributionum nullatenus admittendos esse. Collegium autem Vicariorum in Anniversarijs duas Personas Capitulares representabit, adeoque duorum Capitularium praesentium portiones eidem in quovis Anniversario obvenient. Casu autem quando solutio Censuum pro Anniversario differtur, Anniversarium nihilominus statim tempore absolvitur, pro ut tunc Massa Capitularis Personis Capitularibus nullam Consolationem facit, sed in post, quando Census recipitur, ita quoque Vicarijs nihil solvere debet, nisi Censu recepto, ne tamen hac occasione Vicarios defraudari contingat, Illustris Procurator suae Conscientiae incumbere intelligat. Ut vero Anniversarijs non lucrosis, gratis absolvi solitis omnes Capitulares interesse studeant, Charitas Dei et proximi stimulat, quae prohibet tunc otio domi torpere, quando Confratres opus laudabile et meritorium prosequuntur.

Caput XXXIX

De Anniversarijs Communibus

Siquidem


Siquidem Apostolus commendat memoriam Prepositorum Ecclesie, Beneficentia autem Fundatorum et Benefactorum obliuisci non est licitum, idcirco antiquo statuto adherendo sancitur, quatenus duo Anniversaria perpetua unum pro Regibus Fundatoribus, alterum pro Confratribus et Benefactoribus huius Ecclesie quater in anno videlicet sub tempus bini Capituli Generalis, ac duobus quatuor temporum Quadragesima scilicet et Adventus cadentibus per Capitulares et Vicarios cum novem lectionibus et Missa cantata absolvantur, eorumque intuitu ex Massa communi Capituli, unicuique singillatim Vicario florenus unus pro quolibet premissonum Anniversario persolvatur.

Caput XL

De Anniversariorum Admissione.

Carvetur presenti Statuto, ne Fundationes Anniversariorum vel quarumcunque obligationum in onus solvendi eas ex proventibus Ecclesie vel Capituli admittantur, quacunque etiam interveniente Ecclesie necessitate, sed quicunque eas in Cassa Capituli collocari voluerit, non aliter nec alias per Capitulum recipiantur, quam in extenuationem ad tempus, si vero extrema aliqua necessitate Ecclesie urgente, Summa quaequam Fundationis perpetuae in rem Ecclesie convertatur, ea quam primum ad summum intra decursum triennij exsolvatur, et super alijs Bonis locetur, salva inter illud triennium obligationibus satisfactione. Alias quicunque ex Capitularibus Fundationem Anniversarij super proventibus Ecclesie locaverit, sibi ipsi imputabit, quod ea per extenuationem erunt exoluta. Porro Anniversaria perpetua in hac Ecclesia locum non habebunt, si ad minimum floreni 5000 in Summam Capita-



lem non fuerint inscripti, pro quorum Censu Officium Defunctorum novem lectionum cum Missa Cantata absolvi possit, attenta solutione per medium Census ab ea provenientis, minor quinque millibus Summa, tantum in extenuationem suscipiatur.

Caput XLI. De Jure Parochiali.

Postquam pluribus retro seculis Ecclesia haec Collegiata simpliciter existeret, factum est novissimis his temporibus ut necessitate sic exigente cura animarum de Ecclesia S. S^m Apostolorum Petri et Pauli, quam modo Collegium P^m Soc. Jesu obtinet, ad eam transferretur Decreto et Beneplacito S^e Sedis Apostolicae sub Dato Romae Anno Dni 1717^{mo} Die Idus Novembris intercedente, eoque respectu ad praesens Collegiata simul et Parochialis habetur, ideoque et Cura animarum Civitatis Sandomirinae, cum adjunctis ex antiquo, directiva quidem ad Capitulum, executiva vero ad Collegium Vicariorum pertinet. Satagat igitur Capitulum sedulo istinet Cura animarum, quatenus rite per Vicarios administretur, attendere, ejusque rationes et diligentias vel negligentias in Singulis Capitulis Generalibus examinet, ac ea omnia, quae directioni Cure animarum incumbunt, religiose et exacte observet, ac exequatur, tanquam Deo et Authoritati Ordinario rationem redditurum. Illustri Decano, qui à Saeculis ex Privilegio Sedis Ordinarie Jurisdictionem immediatam super Vicarios exeret, regimini eorum, ac cure animarum executioni strenue per se, vel Plenipotentem suum Prelatum aut Canonicum in Actis Capitularibus inscriptum invigilet, quod si hujusmodi Plenipotentem non in scripserit, aut si tam Ipsum Illustrem Decanum, quam eius Plenipotentem seu Vices gerentem in scriptum longe abesse contigerit, liberum sit absque tamen praesudicio quovis Illis Decani/ Capitulo,

hujusmodi

huiusmodi Vicesgerentem in Capitulo Generali seu aliquo numero-
siori designare, et illi eadem omnia, que ad Illustrem Decanum re-
spectu Vicariorum spectant valide et licite peragere, quia verò da-
ta Jurisdictione censentur data esse omnia, que ad eam rite admi-
nistrandam et exequendam requiruntur, idcirco statutum est: quod Il-
lustris Decanus Vicarios instituere, destituere, Capitulis eorum pre-
sidere, punire, corrigere, penam Suspensionis à Divinis, Sessione car-
ceris castigare, Canonice ad privandum monere, et si bis moniti non
resipuerint, ad privationem eorum procedere valeat et debeat, in præ-
missis omnibus Processum Summarium servando. Que omnia Vi-
cesgerenti Episcopo, sive per Capitulum designato, competent.

Caput XLIII.

De Officijs Parochialibus.

Pro ratione Juris Parochialis in hac Ecclesia, singulis die-
bus Dominicis et Festis Missæ Summæ seu Conventuales ad
applicatione fructus pro Fundatoribus, Benefactoribus, ac Paro-
chianis vivis et Defunctis per Prelatos et Canonicos celebren-
tur, ultra eas, que Vicarijs per Ordinationem Curæ animandis
sunt impositæ, aliæque Devotiones Ecclesijs Parochialibus usita-
te non intermittantur. Confessiones Christi Fidelium diligen-
ter excipiantur, et si aliquando fiat Concursus populi major,
nec non durante Confessione Paschali, aut Jubileo interveni-
ente, in ijs excipiendis Vicarij à Prelatis et Canonicis adjuven-
tur, signanter autem hoc stricte observetur, ut tardantibus aut
negligentibus Vicarijs descendere ad aliquem infirmum, etiam
Prelatus vel Canonicus residens venire non recuset, ne aliquis
decidere contingat sine Sacramentis, ex quo enim per applica-

tionem




tionem fructuum Beneficij Parochialis in distributiones quotidiana
nas DD. Residentes sentiunt commodum, consequens est ut eti-
am sentiant onus. Declaratur verò, Illustres Capitulares non
debere administrationi Sacramentorum Baptismi et Matrimo-
nij sive in ipsa Collegiata, sive tantomagis in Ecclesijs extrane-
is se ingerere, nisi factò verbo cum Rendo Hebdomadario et pre-
via satisfactione Juribus Stole Vicarios concernentibus, potissi-
mum verò à benediendis Matrimonijs absq; assensu positivo, ac
quod melius foret, etiam assistentia Rendi Hebdomadarij Il-
lustris Capitulares abstineant.

Caput XLIII


De accidentijs Parochialibus et Funeralibz
Curam animarum executivam comitantur, accidentia Parochia-
lia, que proinde omnia: exceptis duntaxat funeralibus: Collegio
Vicariorum cedere debent, ne tamen in eorum extorsione depactatio-
nes practicentur, Illustris Decanus et totum Capitulum attendere
obligatur. Funeralium verò que Ecclesiam concernunt, nomine, in-
telligi debet totum, quod pro loco Sepulture, pulsu Campanarum
cera, vino, apparamentorum usu, ac aliarum rerum, que atteruntur
et consumuntur, concessione debetur, de his cum recurrentibus com-
ponere et concordare spectabit ad Illrem Procustodem, qui tamen
ad faciendam occasione accidentium concordiam falcam mittere
non poterit, sed pro his componendis recurrentes ad Vicarios seu
Hebdomadarium remittat. Taxa verò Funeralium Ecclesiam con-
cernentium regulabitur secundum justitiam, prudentiam et equi-
tatem, quam Capitulum: attentis taxis per Sedem Ordinariam
restrictis et constitutis: moderabitur pro semper observandam, nisi

forte




forte iusta causa proscende eandem rursus reformari contingat, cuius copia in manibus D. Procustodis manebit, qui importantiam ex funeralibus provenientem quolibet quartuali ad manus D. Procuratoris consignabit. Quoniam vero angustum cimiterium cadavera ex vulgo capere nequit, idcirco istis designatur locus in cimiterio Sancti Adalberti extra muros iuxta conventionem cum Communitate Mansionariorum initam. In cuius rei memoriam statuitur, ut ibidem ipso die sive postridie Commemorati-
onis ~~Om~~ Fidelium Defunctorum Missa cantata cum Processione funebri per Vicarios annuatim peragatur. In sepul-
turis mortuorum extra Parochiam Sandomiriensem domiciliu
habentium, aut casu, vel ex libera electione in hac Ecclesia sol-
legiata tumulandorum, non amplius habebunt partem Vica-
rij, quam ut ipsis contingens pro obsequio preestito persolva-
tur. Dum vero aliquis Parochianus ex libera electione in Ec-
clesia extranea sepelitur, ac quarta funeralis Ecclesie cedit,
justum est, ut ex eadem quarta Vicarij congruam portionem
participent, quod iustitie Capituli demandatur, id quoque presen-
ti Statuto solemniter cautum esto, ut demortuo Vicario sollegiate,
pulsus Campanarum, locus sepulture, vinum, cera, et ornatus phe-
retri presententur omnino gratis, demortuo vero Mansionario, aut
Palterista, pulsus iidem Campanarum, locus sepulture, et Orna-
tus pheretri tantum, gratis concedantur, reliqua autem Substan-
tia Defuncti, aut Massa Communitatis subministret.

Caput XLIV. De Collegio Vicariorum.

Procurator


Præsentis Statuti sancito magnopere inculcatur Capitulo sedu-
la et strenua vigilantia quatenus innovanda Collegij Vicariorum
Erectio, Ordinationesq; pro ijs faciende ad amussim observentur.
Pro inserto item hic haberi debet Statutum de persolvendis Colle-
gio Vicariorum per Prelatos et Canonicos pensionibus, in imme-
diata Visitatione conditum ac approbatum, quod videlicet in quo-
vis Capitulo Septembrali Illustres, Prepositus, ut antiquus-
1 usus jam obtinuit persolveat florenę centum, siliginis corethos
quatuor, tritici corethos quatuor, hordei corethos quatuor proprijs
curribus ad Communitatem Vicariorum revchi faciet, quotannis
statim post Festum S^m Trinum Regum. Decanus ut ab-
2 antiquo consuevit florenę centum, Archidiaconus florenę centum,
3 Cantor juxta antiquum usum Decreto Capitulari cautum florenę
4 ducentos. Scholasticus vigore Compositionis cum Vicarijs
5 inite florenę centum viginti. Masse Communitatis Vicariorum,
Magistro Schola florenę centum viginti, Cantori quinquaginta
florenę quotannis, Custos florenę ducentos. Canonici Fundi Tureb-
ska florenę quinquaginta, Zaiarkowska florenę centum viginti, Ko-
biernicka florenę centum, Fundi Dziewkowska florenę 30. Annuli Re-
ginalis florenę 15. Fundi Liekarska florenę 50. præter florenę centum
quos Vicarijs in vim census quotannis persolvit ex duobus eorum
lanceis, quos in Liekary conseminat. Fundi Dwiekozy florenę 500.
Fundus Krzczonowska florenę 60. Fundi Mydlowska florenę 40. Fundi
Kunicka florenę 100. Fundi Bielejowska florenę 20. Fundi Rádorzy-
cka florenę 20. Canonici Proustos florenę 60. Illustres Canonici
Concionatores et Penitentiaris uti immediate in curam animarum
influentes à persolutione pensionum Vicarijs, liberi sunt. Quia vero
omnino consentaneum est, ut Collegium Vicariorum habeat aliqua
Mapam peculij in Arario Capituli reconditam, que in urgentes

Bonorum


Bonorum ac Domus Vicariatis necessitates expendi posset, ea propter sancitur quatenus ex superscriptis pensionibus illa duntaxat ad Massam Vicariorum seu ad manus Procuratoris eorum persolvantur, que ex antiquo usu illis debentur, he vero pensiones que novo Statuto supra enuntiato constitute sunt, non ad manus Procuratoris Vicariorum, sed ad manus Illustris Canonici Procuratoris quotannis previa quietatione exbursentur, inq̄ separata arcula; qua Vicariorum semper esse et dici debet;) in erario Capituli conservanda recondantur, registra earum scribantur, juxta que quivis Procurator circa expirum muneris sui calculum Capitulo prestat, prenumeratioq̄ peculij collecti fiat, quod Capitulum fideliter custodiat, in necessitates Vicariorum emergibiles. Ad effectum vero exacte predictarum pensionum exsolutionis hic rigor servetur, quod videlicet si aliquis Capitularis in ea pendenda morosus erit, bina requisitione per Decretum Capituli sive Generalis sive Partialis ad instantiam sive Illustris Procuratoris, sive Procuratoris Vicariorum moneatur, quibus subsecutis, si iterum renitens erit, protunc Capitulum Generale Sequestrem proventuum Fundi ejus decernat per Illustris Procuratorem intra Semestre effectuandu, adhibito ad id etiam brachio Sedis Ordinarie, coram qua renitentes idem Illustris Procurator conveniat, expensis Capituli Majoris ex Sequestratis fructibus renitentium compensandis.

Caput XLV

De Communitate Mansionariorum.

Communitas Mansionariorum Ecclesia huic adscripta et deserviens non tantum a protectione, verum etiam a regimine Capituli noverit se dependere, Eiq̄ per omnia subordinari, quapropter R.R. Mansionarij Protectorem suum aliquem ex Prelatis et Canonici

Residentibus per Capitulum Generale deputandum agnoscant, eiq; in omnibus honestis et licitis morem gerant, et quidquid ipse corrigendum et reformandum statuerit, nisi evidenter Legibus Ipsorum aut equitati contrarietur, exequi et observare studeant, neque se absq; Ejus Consensu quisquam per duas dies ab Ecclesia et Officio suo absentare presumat. Erit autem Capituli circa hanc communitatem sollicitudo, ut semper numerum prescriptum Personarum habeat, Bona et proventus recte administret, et obligationibus Cursus Bssmae V^{er}gⁱⁿe Marice ac Missarum satisfaciat.

Caput XLVI

De Communitate Psalteristarum.

Quae de Communitate Mansionariorum immediate sunt prescripta, Psalteristis quoq; per omnia: etiam quo ad deputationem Protectoris: conveniunt, verum quia proventus eorum satis exigui saepius faciunt eos indigere, attendet Capitulum ad occasionem aliquam, inopia ipsorum subveniendi, ut auctis proventibus Communitas quoq; in Personis augeri possit, taliterq; pro decore Ecclesiae hujus ad psallendum nocte dieq; sufficiat.

Caput XLVII

De Presbyterio seu Xenodochio Sacerdotum.

Fundatio Presbyterij seu Domus pro emeritis ac senio confectis seu alias ad servitium Ecclesiae amplius inutilibus Sacerdotibus ex Officiatu Sandomiriensi assumendis, siquidem ex beneficentia Illustris olim Raphaelis Rosicki Archidiaconi Sandomiriensis suum habet esse, et eodem respectu protectioni et tutelae

Capituli



Capituli huius est subjecta, Cure proinde illius erit rebus huius
modi Domus providere, et mentem Fundatoris in Ereptione prescri-
ptam in omnibus adimplere, non tantum per DD. Canonicos
Prouisorem et Prouisorem qui eius Prouisores sunt constitu-
ti, sed etiam per se in generali Capitulo, proventus eius exa-
minando, ac etiam domum ipsam, et personas in ea constitutas
per Deputatos visitando, rationes Insuperi. discutiendo, deq. modo
fovendi et tractandi Sacerdotes senio confectos inquirendo, et quod
uisum fuerit ad reformationem opportunam statuendo, atq. ut etiam
Clerici tam ex prescripto Ereptionis, quam ex augmento fundatio-
nis determinati in ea domo conseruentur, et Ecclesie Collegiate
in omnibus Festivitatibus deserviant, attendendo.

Caput XLVIII

De Ecclesia Samborscensi

Ex quo Ecclesia Samborscense, proventus in commodum Ecclesie
huius, videlicet in distributiones quotidianas ordinati sunt, magno
pere incumbit Capitulo, ut eandem Ecclesiam Samborscensem in nota-
bili Cura habeat. Proinde sacrosanctè attendatur, ut prescripte
Incorporationis leges ad amissim obseruentur, potissimum vero iuxta
tenorem ejusdem Incorporationis de Anno in Annum ex redditibus in-
corporatis trecenti floreni Polone detrahantur, ac in ista seorsim
recondantur, expendendi in reparationem ac alias necessitates Ecclesie
Samborscense. In eo idem Incorporationi satisfiat, ut ubi confluxus
populi postulaverit, Capitulum aut per Personas Capitulares, aut
per Vicarios Collegiate, Commendarium Samborscensem adju-
vari, nec non frequenter eandem Ecclesiam visitari fa-
ciat.

Caput



Caput XLIX

De Seminario.


Quod Seminarium Clericorum respicit, multis titulis Capitulo incumbit obligatio illi sedulo attendendi, hoc enim et Fundatorem Illustrem olim Leopoldovicæ Canonicum recognoscit, et Sandominie præter ceteros fines, ad hunc quoque institutum est, ut ex Alumnis, Collegiata haberet obsequium. Dabit igitur Capitulum exactam operam et attententiam, quatenus præscripta pro eodem Seminario accurate adimpleantur, Alumnique opportuna scientia imbuantur, ut in utiles in vinea Domini operarios evadere possint, ad quem effectum obtinendum Moderatores ejusdem Seminarij in casu alicujus negligentia, Capitulum monendi jura habeat, ac si impersuasibiles repererit, Sedi Ordinariae quantocumque deferre non intermittat.

+ Caput L.

De Schola Parochiali.

Schola Parochialis, que juvenutem præsertim conditionis misere, Catholicis Dogmatibus et Literature principijs imbruit, ac que commodum ipsimet Collegiate præstat, adolescentes ad servandum Missis subministrando, ut in maxima cura habeatur, Capitulo, præcipue vero Illustri Scholastico inculcatum esto. Foveatur semper Magister Scholæ Clericus, aut saltem habitum Clericalem deferens, per Illustrem Scholasticum pensione florenz 120 annuatim salariatus, modestia et morum probitate commendatus. ad tradenda vero Adolescentibus dogmata

Savosani.



sacrosancta Fidei et Literarum principia idoneus, in cuius in do-
cendo sedulitatem, in interfessendo cum Scholaribus devotioni, exa-
ctitudinem; prater Illustrum Scholasticum cui id de jure inuom-
bit; Illustris Canonici Procurator et Procurator diligentem atten-
dentiam in solidum habeant, certis temporibus videlicet saltem
singulis quatuor temporibus Scholam visitent, de profectu ado-
lescentium tam in Cathedra, quam in Literis inquirent, in
mores Rectoris animadvertant, pro levioribus defectibus ipsimet
eundem redarguant, corripiant, pro majoribus vero Illustri Offi-
ciali Loci puniendum deferant.

Caput LI


De Cantore Parochiali.

Necessitate utriusq; tituli hujus Ecclesie exigente unus
Cantor tam Choralis quam Parochialis conservabitur semper,
qui Missis Conventualibus et alijs quibus tenebitur, assistat,
et pro Choro cum Organario Ecclesie decantet, aliaq; munia
Ecclesie Collegiate consueta obeat, et insuper functionibus
solutis Parochialibus intersit, pro quo salarium annuum cen-
tum Floren, percipiet per medium a Capitulo ex proventu
Parochiali, et Illustri Scholastico solvendum, cui insuper ac-
cidentia Funeralium, quibus assistet, juxta usum aliarum Ec-
clesiarum debebuntur.

Caput LII.

De Hospitalibus pauperum ad S^m Hierony-
mum et S^m Petri et Pauli Parochiali.

Hospitalia



Hospitalia Pauperum bina, antea Cure Parochiali Sandominiensi
subiecta, modo vero Capitulo subordinata sollicitudinem Epus requi-
runt, ut Capellanus unus duntaxat utriusq; foveatur, qui obli-
gationibus tam in Cura Pauperum, quam in absolvendis Missa-
rum oneribus satisfaciat, rationesq; ejus in Capitulis Generalib;g
examinentur, quod ut exactius procedat, designandus erit semper
unus ex DD. Capitularibus Hospitalium hujusmodi Provi-
sor ad effectum frequentioris et exactioris attendentia.

Caput LIII

De Altaribus Parochialibus.

Cum Cura Animarum ad hanc Ecclesiam Collegiatam
translata, accessit eidem numerus Beneficiorum et Benefici-
atorum ex Capellanis septem Altarium Parochialium suo
loco de titulis et eorum coadunatione specificatorum cum
Missarum ac alijs obligationibus, quae ut rite adimpleantur,
non intermittat Capitulum diligentem adhibere vigilantiam.

Caput LIV

De vita & honestate DD. Capitularium.

Gradus quem DD. Praelati et Canonici in hac Ecclesia Insigni
et prima post Cathedrali Collegiata obtinent, quanto est alijs
excellenter, tanto majorem honestatis et morum probitatis exigit
haberi rationem. Contendent igitur DD. Capitulares ita ceteris
antecellere, ut inferiori Clero non offensioe et scandalo, sed bono
et laudabili praecant exemplo, praecipue autem Societatem Persona-

rum
D

rum suspectarum declinare, et familiam honestam fovere conabun-
tur, ut hi qui ex adverso sunt, nihil habeant mali dicere de
illis.

Caput LV


De Correptione Fraternali et Correctione.

Ad evitandam ignominiam totius Capituli propter aliqua-
rum Personarum disceptos mores, si ad Forum contentiosum de-
ducantur, datur potestas Generali Capitulo aliqua vitia et exces-
sus Personarum Capitularium corripiendi et corrigendi servato
tamen Ordine Correptionis Fraternali, ita, ut liberum sit Se-
nioribus inferiores admonere. ^{mo} Inter se et ipsum citra tamen
offensam, quod si non resipuerit, Prelato Residenti vel Presiden-
ti deferre, ipsiq; excessivum in presentia Delatoris vel alte-
rius Confratris adhortari, sin vero nec sic defectus correxerit,
licetum esto Prelato Presidenti hujusmodi Personam toti
Capitulo Generali cum suis defectibus propalare, auditaq;
justificatione postquam Is e Capitulo recesserit, Eundem
cum Capitulo judicare Decreto in seorsivo Prothocollo in-
terposito, idemq; Decretum executioni per Censuras Suspen-
sionis a Divinis demandare omni prorsus sublata provo-
candi aut appellandi facultate.

Caput LVI

De Habitu Canonicali.

Insigne hoc Capitulum Cathedralibus equipollens jure sa-
ne optimo privilegiatum est Sedis Ordinaria beneficio super



usu Rochetti et Mantoletti, quo tamen habitu cum ea decentia =
Illustris Capitulares utantur, prout ejus dignitas et prerogativa
postulat, maxime vero attendatur ut uniformem semper ejus obser-
vent usum, et quidem à pervigilio Sancti Stanislai Martyris
et Diocesis hujus Episcopi usq; ad Festum S. Michaelis Archan-
geli inclusive deferrent super Rochettis Mantolettum, post Festum
verò S. Michaelis usq; ad pervigilium S. Stanislai veste tha-
lari ut vocant Palendra super Rochetto, seu ut dicitur medio-
Rochetto utentur, qui difformiter prescripto huic Ecclesiam ingres-
sus fuerit nullatenus pro presenti ac ad participationem distribu-
tionum admissibili habendus est. Premisso verò habitu Cano-
nicali in omnibus Ecclesijs intra et extra mœnia Urbis San-
domiriensis consistentibus Illustribus Capitularibus uti libero
sit, servato tamen semper et ubique decore, extra Sandomiriam
pro unico non nisi casu habitum hunc induere poterunt, nempe
dum invitati ad prædicandum in aliqua Ecclesia sub tempore
alicujus Solemnitatis; non tamen in Urbe Cracoviensi; ece-
dram seu Ambonam ascensuri sunt, quod de proprijs Capitu-
larium Parochialibus intelligi non debet, extra specificatos huic Casus
nulli eodem habitu uti liceat, nisi speciali ad id Sedis Ordi-
nario gratiâ privilegiato, qui verò secus fecerit, ad persolutionem
floren. 60 pro Fabrica Ecclesie per Capitulum mulctandus
erit.

EPISQVVS

Premissas Leges, Statuta, et Ordinationes in Capitibus LVI
comprehenas, quemadmodum per Nosmet ipsos, tam sub Actu

ipsius

ipsius Visitationis, quam immediate post ex antiquioribus reforma-
vimus, compilavimus, restrinximus, explicavimus, elucidavimus, ac de
novo condidimus, ita ut pramissum est reformatas, compilatas, restri-
ctas, explicatas, elucidatas, ac de novo conditas, vim Statutorum per-
petuorum Collegiatae hujus Insignis Sandomiriensis habere vdu-
mus, Insignisq; Capitulo pro Statutis perpetuis tradimus, ad obser-
vantiamq; eorum, tam in generali omnium, quam cujusvis in parti-
culari stringimus et obligamus, omnesq; Illustres Capitulares nunc
et in futurum existentes obstrictos et obligatos esse tam diu pronun-
tiamus, donec per Nos, vel Celsissimos Succedaneos Nostros sive
in toto, sive in parte, immutata et modificata ex causis rationa-
bilibus cum tempore forte enasaturis non fuerint, declarantes,
quod si ex tenore cujuscumque capituli dubium aliquod casu ortum
fuerit, vel urgens dispensandi in aliquo necessitas emerit, Solis
Nobis vel Celsissimis Succedaneis Nostris dubium tale expli-
candi, et dispensationem opportunam impertiendi potestas reserva-
ta esse censeatur, quam re ipsa Solis Nobis, Celsissimisq; Suc-
cessoribus Nostris reservamus, inq; pramissorum omnium fidem,
robur et firmitatem perpetuam, presentem Statutorum Codice^m
manu Nostra subscriptum Sigillo Nostro communiri jussi-
mus. Dato Kielcys in Palatio Nostro Episcopali Die
12^{ma} Mensis Martij Anno Domini 1162^{do}

Cajetanus Episcopus
Qua Severis.
mff.



Josephus Olechowski Aply et Visita-
torij Sandomiriensis Notarius
mff.

[Faint, illegible handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page.]

[Faint, illegible handwriting, possibly a signature or name.]

[Faint, illegible handwriting, possibly a signature or name.]

Visitationes

1595	Georgij Radivili in Actis Capitularij	
1604	Bernardi Maciowski	~ M
1639	Jacobi Zadnik	~ M
1652	Petri Gylchki	~ M
1672	Andree Frzebicki	~ M
1682	Joannis Matachowski	~ M
1717	Casimiri Lubinski	—
1752	Andree Katuski	—
1762	Cajetani Sothki	—

№ 51 a Wzrost Archidukowstwa Siedmiu
proszę kochaniście

Erkuya Szeghien Akhaz Kony
zr: 1614, na 1618.

Erkuya Szepikata ~
zr: 1706 na 1713.

Erkuy Zemborayna 1685

Fundatio Ecclesie in Warasika 1634.

Cartain

Patkempu Sany 1642

Erkui's Porac 1555

Erkui's Duna 1556

Sendmorkauic 1575

Erkui's Ecclesie in
Radom 1591

Witexyna 1594

Stupica 1611

